BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
25

Digitized by Google

463.

1

4.83.6.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS

DE HIS QVÆ VI, METVS

VE CAVSA FIVNT. VBI MATERIA ISTA SATIS ſparſa congeritur, & radicitus diſſeritur, & multa vtilia, & neceſſaria inuenientur, ſinè quibus materia iſta percipi non poteſt. Et inter alia traditur ratio decidendi ad cap. 1. Ipſius tituli in Decretalibus, nuſq; vſq; adhuc ab alio quàm ab authore percepta.

AVTHORE LICENTIATO BALTASSARE MONGOLLON oriundo à Villa de Cacerez, Ciue Hiſpalenſe, cuius Accademiæ cathedram Codicis olim rexit.

Cum Indice Capitulorum, & Repertorio.

HISPALI,

Et Panormi, apud Ioannem Baptiſtam Maringum. M. DC. XXIII.

Superiorum Permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SPECT·
LVDOVICO
DE BLASCHIS.

SECVNDOS hosce qualescumque labores tibi ausus, Ludouice, dicare, honestius quid mihi, tibique gratius facturum spero; tu enim, quæ tua, Humanitas est, vilissima quæque munuscula in carissimarum rerum numerum referre non dubitas; & meum nomen à tuo sibi decus agnoscet, & fatebitur. Tractatum igitur de His, quæ ui, Metusue causa fiunt, tibi legum Professori Doctori, & olim publice moderatori do, tuisq; faustis sub auspicijs Typis mando: opus profecto ingeniosissimum, Iuris Peritis per vtile, & necessarium; in quo sparsim multa laboriose non minus, quam ornatim congeruntur, quæ nisi quis perfecte sciuerit, difficillimus ei ad altam de His, quæ ui, Metusue Causa fiunt, notitiam paratur aditus. Verum tanti operis author suo se nomine commendatum præbet. tantum dicam optime meis rebus aliena ope indigentibus tanti viri tutela consultum fore. Vale.

Ioannes Baptista Maringus.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA CAPITVLORVM
HVIVS LIBRI.

An

FINIS.

AD LECTOREM.

OCcasione cuiusdam litis super sacri ordinis susceptione per metum conditionalem coactus fui materiam metus radicitus euoluere. Quamobrem ea imbutus remansi,ideoq; deo gratias egi,quia mihi paruulo (non in ætate,sed in iuris peritia,cum vnum sciam,me nihil scire) quæ à sapientibus absconderit reuelauerit. Et videns quòd hæc materia sparsa sit, & ob id malè percepta (timens penas luere ob talentum absconditum) decreui in lucem in modum tractatus eam edere. Ideò amice lector si quid boni in eo inueneris Deo tribue, à quo bona cuncta procedunt. Sin autem aliquid ineptè dictum, vel non benè examinatum, meam inertiam, imperitiamq; argue. Velim tamen, vt antequam iudices hoc munus scribendi assumas, vt expertus posses rectius iudicare. Vale.

Digitized by Google

PROTESTATIO
AVTHORIS.

Libellum hunc ſubmitto correctioni Sacro ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, cuius fidem ſemper & ſequutus ſum, & ſequar, dum in meo iudicio naturali, & perfecto ſim. Et ſi quid abſonum, aut illi contrarium repertum in eo ſit, ex tunc, prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc reuoco, & dico me id non dixiſſe animo affirmatiuo, ſed inueſtigationis, aut diſputationis cauſa; & ab eo diſcedo, paratus corrigi, & emendari per eandem Sacro ſanctam matrem Eccleſiam.

Digitized by Google

Opus istud duas continet partes: primam quæ deui præcissa tractat. In qua summariè, & resolutiuè per transeo: quia non est meum institutum. Alteram de metu conditionali. Quam deo volente latissimè examinabo.

RECOPILATIONES PRÆAMBVLORVM.

Præmittenda sunt aliqua quæ ad subiectæ materiæ declarationem conducant. 1.
Tractatus iste est ad contemplationem tituli de his quæ vi metus ve causa fiunt in decretalibus. 2.
Vir & metus sunt diuersa. 3.
Dictiones ve, & vel ponuntur inter diuersa. 4.
Vis refertur ad corpus, metus ad animum. 5.
Dictiones hæ vis, & metus, sunt tamquam duo capita, ex quibus multa membra oriuntur. 6.
Omnis bona de aliqua re institutio debet ad diffinitione profficisci. 7.
Vis diffinitur. 8.
Metus diffinitur. 9.
Cognito genere debemus ad species descendere. 10.
Vis est multiplex. 11.
De vi habentur multi tituli in corpore iuris. 12.
Metus est multiplex. 13.
Metus & timor sunt diuersa. 14.
Timor est duplex. 15.
Metus dicitur à mente. 16.
Tituli qui habentur de materia metus. 17.
Metus est maius suplitium, quam re ipsa malè affici. 18.
Non omnibus metum passis subuenit Prætor. 19.
Non est de substantia quod metum inferens lucretur aliquid.
Satis lucratur qui sua voluntati obsequitur.
Summarium verum ad. §. in hac. l. si cum exceptione.
Metus conditionalis excludit libertatem consensus & excusat à dolo.

Digitized by Google

Præ-

Digitized by Google

Præambula.

1 IN Nomine Sanctissime, & Indiuiduæ Trinitatis, intemerataeq; Virginis Mariæ. Acturus de his quæ vi metus ve causa fiunt, ne illotis (vt aiunt) manibus procedam, aliqua præmittere decreui, quæ ad subjectæ materiæ declarationem spectent, sequutus cõsultum in.l.proponebatur.versi.quibus ita præmissis.ff.de castrens. pecul.vnde præmitto sequentia.

2 Primò: hunc tractatum spectare ad titulum, seu rubricam: de his quæ vi metus ve causa fiunt indecretalibus.

3 Secundò quod vis, & metus sunt diuersa vt patet in dicta rubrica, & in.c. sacris eoti, & in.c.cum locum. despons. vbi id notat præposit.n.2. & patet in Rubrica & in.c. vnico isto titul.lib. 6.& in.c.2.§.laici de rebus eccles.alienand.in.6.& in.l. siui, vel

4 metu. C. isto titul. Quæ diuersitas etiam colligitur ex natura harum dictionum ve, & vel, dequarum natura est poni inter di-

5 uersa vt jass.in.l. de quibus.ff. de legib.n.3. Ac etiam quia vis refertur ad corpus, & metus ad animum.glo.in.d.l.siui, vel metu.verb.siui, quam ibi sequitur Bar.n.17.

6 Sunt autem isthæc dictiones vis, & metus tamquam duo capita, ex quibus multa membra oriuntur. Et vt clarius loquar vtraq; est genus habens subse multas species. Licet nostrates aliter senserint: constituendo vim vt genus generalissimum, eamq; diuidentes inpræcissam & conditionalem vt infra patebit.n.27.cum sequentibus.

7 Et quia omnis bona de aliquare institutio debet à diffinitione prossicisci teste Cicerone lib.1.n.11. deuenio ad diffinitionem harum dictionum.

8 Primam diffiniuit Paulus juris consultus. in.l. 2. ff. isto titul. sic: vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest. Cui diffinitioni glossa vnica ibi addit hæc verba: aduersus quam non

profficit custodia.per.l.si ea res.in prin.ff. de actio. empti. hanc diffinitionem sequuntur.glo.in.d.c.vnico.isto tit.in.6.verb.vim. & Geminian.d. glo. sequutus in.d.c.2.d.§.laici. de reb. eccles. alienand.lib. 6.n.2. & Sebastian. Brant.in suo tract. expositio. iuris titulorum, in titul.de eo quod met. caus. & Minsinger.in. §.quadrupli.inst. de actio.n.10. eandem diffinitionem ponit.l. 1.tit.10.p.7.

9 Metus autem diffinitur à iuris consulto in.ll.1.ff. isto tit. sic: metus est (instantis periculi, vel futuri causa) mentis trepidatio. quam diffinitionem sequuta est glo. in.c. ad audientiam. verb.causa.isto tit. &. d. glo. capituli vnici isto t.in 6. quam sequutus est Geminian.vbi supra.hanc diffinitionem sequutus est Sebastianus Brant, vbi supra. & Petrus Plateanus Angolismeus in.d.§.quadrupli.n.3.& in.§.sequitur.eo ti.de actio.n.7.& Lucas de pen.in.l.exceptores.C.de numerar.actuar.lib.12.n.2. & Angel in consil.215.n.2.ad fin.& Socin. jun.in cons.77.vol. 1.n.67.& Couarru.in.4. decretalium.2. p. c.3.§.4.nu.1. & thesaur.linguæ latinæ in.verb.metus. Multæ etiam diffinitiones huius dictionis tradduntur tam à nostratibus, quam a Cicerone.Quas hic refferre non piget: eo quia a tantis viris sunt exaratæ.Bal.enim in.l.2.C.de his qui propter met.Iudi.non appellauer.n.1.sic diffinit:metus est coactio mentis,per quam vsus liberi arbitrij arcetur. Lucas de penna vbi supra sic diffinit:metus est motus animi interior subitus factus ex aliqua tristi recordatione sine quolibet alio terrore. Cicero in varijs locis variè.diffiniuit nam in Tusculan. qq.li.4.n.21.dicit:est igitur metus rationi aduersa cautio. &.nu.23.dicit: metus est opinio impēdentis mali,quod intollerabile esse videatur,&.n.104. dicit: est enim metus,vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali. itaq; nonnulli ægritudinis partem quandam metū esse dicebant, alij autem metum molestiam appellabant,quod est quasi dux consequentis molestiæ,&.n.129.dicit:& si fidētia (id est firma animi confisio) scientia quædam est, & opinio grauis non temerè assentiens,metus quoq; est diffidentia expectati, & impendentis

tis mali.& si spes est expectatic boni, mali expectationem necesse est esse metum,& lib.5.dictarum. qq.num.73. dicit iddem quod proximè.

10 Cognito de his dictionibus ingenere,nunc ad species descendendum nobis est secundum doctrinam Aristotel.1. phisicor.c. 1.cuius verba sunt: at confusa primò nota nobis sunt magis, ac manifesta, elementa vero principiaq; posterius ex hisce nota per ipsorum diuisionem fieri solent iccirco ex vniuersalibus ad singularia ꝓficiscamur oportet &c. Cõprobatur eius doctrina per tex.express.in.l.1.ff.si cert.petat.& ibi ex eo id notat Alex.n.1

11 Vis autem multiplex est. quædam compulsiua, quæ imponit necescitatem contrariã voluntati contrariæ: quia id facit,quod nõ faceret si esset liberi arbitrij. ex hac introducitur actio quod metus causa. Quædam expulsiua,quæ inducit interdictũ vnde vi. Quædam ablatiua,quæ inducit vi bonorum raptorum circa mobilia. Quædam turbatiua, que inducit interdictum vti possidetis in rebus soli, & vtrobi in rebus mobilibus cum duo possidere se contendunt. Quædam inquietatiua,quæ inducit interdictum quod vi aut clam.vt si quis à me prohibitus, vel putans se prohibendum aliquid faciat in meo.ita dicit glo.in.c.ad audientiam.isto titul.verb.causa.& glo.fi.in.l.1.ff.isto titul.& glo. fi.in.l.extat.ejusdem tituli.& Sebasti. Brant. in.d. tract. exposit. titul.d.ti. de eo quod metus causa.& Angel.in. d. §. quadrupli. insti.de actio.n.36.& ibi Minsin. n. 14. & 15. & Ioan Plotus in trac.de in lit.jurand.§.3.n.2.junctis.n.10.& 20.&48.& Rebuff. in commentar.2.tomo in tract.de rescis.cõtract.glo.13. Bossius in suis tractatibus.tit.de plurib.violentijs n.1.cum sequentibus & aliqua expraedictis dicit Angel.in consil.215.n.3.

12 De vi habentur quinq, tituli in digesto. nouo. vnus de vi, & vi armata.alter vti posidetis. alius vtrobi.alius qđ vi aut clam. alius vi bonorum raptorum. Horum tres (qui sunt: primus, secundus,quartus) pertinent ad immobilia.reliqui duo(qui sũt: tertius,& quintus) pertinent ad mobilia. Primus tractat,quãdo quis per vim siue cum armis,siue sine armis expellitur à possessio-

ſeſſione alicuius rei immobilis, ad quã vult reſtitui. ita patet ex ipſo nigro.& teſtatur Sebaſtianus Brant in expoſſitione eiuſmet tituli. Secundus tractat, ne quis turbetur in poſſeſſione rei immobilis (vel iuris in corporalis) quã habet. vt patet ex ipſo nigro & ibi Sebaſtian. Brant in expoſitione eiuſmet tituli. Tertius tractat, ne quis turbetur ĩ poſſeſſione rei mobilis, vt patet ex ipſo nigro.& ibi Sebaſtian. Brant in eius expoſitione. Quartus tractat de vi tàm præſenti, quã præterita, & ſic continet quoddam mixtum, cum duo priores contineant quodlibet ſimplex. nam primus (ſcilicet de vi, & vi armata) tractat de vi præterita. ſecundus (ſcilicet vti poſſidetis) tractat de vi præſenti : ita Sebaſtian. Brant. in expoſitione tituli quod vi aut clam. Quintus tractat de bonis, & rebus mobilibus vi raptis. vt patet ex ipſius tituli verbis. & ex Sebaſtian. Brant in expoſitione ejuſdẽ tituli.

13 Metus autem multiplex eſt: nam triplex eſt ſecundum Bal. in titul. de pace juramento firmand. §. item ſacramenta n. 1. qui refertur ab Andrea Geil in tract. de pace publi. lib. 1. c. 2. n. 8. ſcilicet. Primus concuſſionis : qui per minas potentioris infertur. Secundus impreſſionis: qui fit per carcerem. Tertius violentæ ſuſpitionis: qui ex inimicitijs apertis oritur. At alij dicunt quod quintuplex eſt. Primus metus minarum. Secundus metus facti. Tertius metus reuerentiæ. Quartus metus potentiæ. Quintus metus perfidiæ vt colligitur ex gloſſa in c. cum dilectus. iſto tit. verb. metũ mortis. & clarius id dicit Zazius in. d. §. quadrupli. inſti. de actio. n. 10. & ibi Minſinger. n. 7. Sanctus uero Ioan. Damaſcen. in lib. 2. orthodox. fidei. c. 15. dicit metũ eſſe ſextuplicem. ſegnities. pudor. verecundia. ſtupor. terror. angor. Segnities eſt metus impendentis actionis. Pudor eſt metus ex vituperationis expectatione ſuſceptus. verecundia eſt metus ob admiſum dedecus. ſtupor eſt metus ex ingenti aliqua rei ſpetie animo oblata. Terror eſt metus ex aliqua noua & inſueta rei ſpetie cõtractus. Angor eſt metus ne vota noſtra infœliciter cædant. tunc enim angore afficimur cum metuimus ne quod agreſſi ſumus ex ſententia animi cadat. At Cicero in Tuſclan. qq.

lib.

lib.4.n.25.& lib.5.n.73.dicit metum esse octuplicem, dicendo: sum metum autem subiecta sunt pigritia, pudor, timor, terror, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. quem sequitur Lucas depen. in.l.exceptores.C.de numerar.actuar.lib.12.n.2.vbi exponit aliqua ex prædictis dicendo: quòd timor est metus mali apropinguantis. pauor est metus mentem loco mouens. exanimatio est metus subsequens, & quasi comes pauoris. Conturbatio est metus excutiens cogitata. formido est metus permanens eademq; refert Angel.in d.consil.215.n.3.

14 Metus & timor licet videantur esse vna eademq; res tamen diuersa sunt: nam metũ causat terror. timorẽ vero causat amor. ita dicit tex.in.l.15.ti.13.par.2. Cuius verba sunt: *E como quier que temor e miedo es naturalmente como vna cosa, empero segun razon de partimiento a entre ellos: ca la temencia viene de el amor, è el miedo nace de espanto depremia, que es como desamparamiento.*

15 Timor est duplex: naturalis & accidentalis. Naturalis est cum animus à corpore distrahi nõ vult, ob naturalem eam mutuam affectionem, ac necessitudinem iam indè ab ipso ortu ab opifice ipsi insitam: qua fit, vt naturaliter pertimescat, & angatur, ac mortem recuset. alter qui ex rationum proditione, ac perfidia conflatur, atq; ex eo quòd quis mortis horam ignorat: vt cum noctu oborto aliquo strepitu timore afficimur, qui quidem timor præter naturam est. ita dicit sanctus Ioan. Damascen. lib. 3. orthodoxæ fidei.c.23.

16 Dicitur metus à mente: quia mentem tenet vt Sebastian. Brant in expositio.titul.iur.titul.ff.de eo quod met.caus.& Couarru.in.4.decret.2.p.c.3.§.4.n.1.

17 De materia metus habetur titulus in digesto veteri: de eo quod metus causa.& in.C.de his quæ vi. & istum titulum in decretalibus.& similem in lib.6.decretalium.

18 Est enim metus hominibus maiore supplitio, quam si re ipsa malè afficiantur teste Xenophonte in Pedia Cyri lib.2.quem refert & sequitur Petrus Plateanus Angolis.in d.§.quadrupli. inst.de actio.n.3.quod patet in lib.Iob.c.1.& 2.vbi satans adnihilum

Digitized by Google

hilum deduxit tentationem bonorum respectu personæ.
19. Item premitto quod non omnibus metũ passis subuenit Prætor, sed his tantum qui damnum aliquid passi sunt ex metu. tex. in.l.sicum exceptione.in prin.ff.isto tit. Cuius verba sunt: sicum exceptione aduersus te perpetua tutus essem coegero te aceptũ mihi facere, cessare hoc ædictum: quia nihil tibi ab est. hanc cõclusionem firmat Couarru.in.4.decretal.2.par.c.3.§.4.n.1.licet non alleget istam legem, sed aliam, quæ mihi id non probat.
20 Item præmitto quod non semper est de substantia quod metum inferens lucretur aliquid vt patet in cap.1. isto titul sufficit enim, quod metum inferens satisfaciat voluntati suę: quia satis lucratur qui suæ voluntati obsequitur per tex.in §. præterea insti.de actio.& Marcus Mant. in singul.327. n.1. & Baeça de decima tutor.c.2.n.40.& Molina de maiorat. in prohem.n.3. Et non obstat nostræ conclusioni tex.in.d.l.sicum exceptione.§.in hac.isto tit. ff. quæ videtur innuere quod sit necessarium, quod metum inferens lucretur aliquid. quia ille. §. loquitur respectu tertij, qui conueniri non potest, si aliquid lucratus non est. Ex quo infero Bartolũ malè summasse illum §. & errasse Socin. Iunio.in consil.37.volu.2.n.30.&31. & Detium, & Marsilium, & Iosephum Mascard.in tract.de proba tio.2.p. conclusio. 1055. n.13. qui eum sequuntur. Nam dicunt, quod qui agit hac actione duo probare debet. scilicet: metum illatum, & ad inferentem metum commodum peruenisse, quod textus ille non dicit: sed quod isqui conuenitur, & si non intulerit metum sufficit habuisse lucrum. & sic loquitur textus respectu tertij, qui non intulit metum. Vnde verum summarium illius §. est; quod isqui habuit lucrum ex metu illato potest conueniri, licet non intulerit metum ei qui passus est metum.
21 Item præmitto quod conditionalis excludit libertatem consensus Abb.in.c.consultationi.de sponsalib.n.fi. & ibi Præposit. n.2.& alij.dd.vt refert, & sequitur Euerard.in consil.19.n.18. & talis metus excusat à dolo.vt Abb.in cons.4.pri.par.n.3.&4.
22. Item præmitto quod metus qui operatur est is: qui iniuste infertur

fertur: nam iuste illatus non operatur tex. express. in l. si mulier. in prin. ff. isto tit. Decius in l. in omnibus causis. ff. de regul. iur. n. 2. quem refert & sequitur. Socin. Iun. in consil. 77. n. 9. volu. 1. tenet etiam Rebuff. in commentar. 2. tomo. titul. de rescis. contract. glo. 22. num. 4.

23 Item præmitto quod solus metus cadens in constantem virũ dat actionem quod metus causa, cæteri autem metus offitio Iudicis implorato reparantur. vel per condictionem ex lege. tex. in l. illicitas in prin. ff. de off. præsid. l. fi. §. si fœnerator. ff. isto tit. & ibi. Bar. n. 1. idem Bar. in. l. 5. isto tit. ff. per totam. glo. in. c. cũ dilectus. isto tit. verb. metum mortis. & ibi Anto. Debut. n. 16. & Cardinal. Zabar. n. 3. versi. tertio quæro. & Abbas. n. 9. glo. in. l. interpositas. C. de transactio. verb. ædicto. & ibi Cyn. num. 1. & Bar. n. 5. & 6. & Bal. n. 7. & Ro. n. 7. Angel. in. d. §. quadrupli. inst. de actio. n. 9. & ibi Ias. n. 54. & 56. & ibi Zazius. nu. 10. & Misingerius. n. 7. Cephal. in consil. 395. n. 12. volu. 2. Rebuff. in comment. 2. tom. tract. de resciss. contract. glo. 12. n. 4. Rofred. autem Beneuentanus in tract. ord. iuditiar. pri. par. titul. de vtili reiuendicatione quæ datur metũ passo. n. 1. dicit: quod quinq; modis sucurritur metum passo. Primo per actionem directam, quæ competit ob metum mortis. Secundo per actionem vtilem, quæ datur ob metum æque similem. vt. l. isti quidem. ff. isto tit. Tertio per cõstitutiones vt. l. si per impressionẽ. C. isto tit. Quarto iudicis off. vt in medico per. l. medicus. ff. de var. & extra ordi. crimini. Quinto ex generali clausula si qua mihi iusta causa. ex. l. mulier. §. fi. ff. isto tit. Baldus etiã aliter dicit in l. interpositas. C. de transactio. n. 7. quẽ hic nõ repeto: quia ab oĩbus habetur.

Libellos in hac materia ponit Speculator in lib. 4. par. 1. tit. de his quæ vi metus ve causa fiunt & Roffredus vbi supra.

24 Item præmitto, quod actio quod metus causa potest exerceri tam contra eum qui metum intulit, quam contra tertium, ad quem res deuenit: quia est actio in rem scripta. tex. in. l. si cũ exceptione. §. aliquãdo. & §. Pedius. ff. isto tit. & in. l. metum. la. 3. §. animaduertendum. eo ti. & in. l. si vi vel metu. C. isto tit. & ibi.

glo.verb.quoq;& glo. vnica in.c.2.isto tit. & ibi Anto. de Butrio.n.4.Speculat.in lib.4.partic.1.d.tit. de his quæ vi.n.4. Faber.in.d.§.quadrupli.instit.de actio.n.2. & ibi Angel. n.1. Rofred.in.d.tract.ordi. iuditiar.1. par.ti. de actio. quod met.caus. ante numerum primum.Maranta in sua practi.ti.de exceptio.n. 34.l.30.tit.2.par.3.& ibi Montalb. & Molina de primoge. lib. 2.c.3.n.12.& de hoc latius in.c.fi.istius tractatus.

25 Item præmitto quod præstans causam metus nõ succurritur, per tex.in.l.si mulier.in prin.ff.isto tit.& ibi glo.verb.quia hũc. alias allegationes adducit Ioan.de Amicis in consil.34.nu.5. quod est intelligendũ pro vt infra dico in.c.8.§.3.n.20.cũ seq.

26 Et quia nostra præsens materia est de inuoluntario per vim, & metum,necesse est scire quid sit inuoluntarium (de voluntario optimè tractat sanctus Bonauentura super.2.sententiar.dist.

27 41.in prin.n.5.& in secundo principali.q.1.n.36.) ad cuius examen præmittenda est intelligentia multarum dictionum, quæ sunt sinonomæ cum vi,& metu. Nam quod ius nostrum vocat vis.Philosophi appellant violentũ simpliciter.& Theologi coactionem absolutam.& Doctores nostri vim præcissam. Et quod ius nostrum vocat metum.Philosophi vocant violentum mixtũ, & Theologi coactionem condictionatã.& Doctores nostri vim conditionalem,& etiam metũ.vt videre est in Rubri. huius tit. & in.c.sacris.isto tit.& in Aristotel.lib.3.Æthicor.c.1.& in Magistro sententiat.lib.4.dist.29.& ibi scribẽtes.& in Bal.in Rub.

28 istius titul.n.18.in Mario Salamone in.l.2.ff.de legib.vers.violentiæ. Hoc sic præmisso: est sciendum quod iste terminus inuoluntarium est æquiuocus: quia comprehẽdit factum per violentia,& factum per ignorantiam vt Aristotel.vbi supra.& sanctus Ioan. Damasce.lib.2.orthodoxæ fidei c.24.& Marius Sa-

29 lomon vbi supra. Inuoluntarium violentum (de quo est nostra materia) est duplex: vnum simpliciter (idest) quod fit per vim præcissam.alterum est violentum mixtum (idest) quod fit per vim conditionalem (hoc est permetũ) vt prædicti tres Do-

30 ctores vbi supra proxime. Violentum simpliciter est illud cuius prin-

principium foris est,in quo nihil (is qui agit, aut patitur) confert.·vt si ventus aliquo tulerit,aut homines potestatem habentes. Violentum mixtum (idest metus,& vis conditionata) est, quando maioris mali vitandi causa aliquid fit: vt si Tyrannus quempiam aliquid agere turpe iuberet (habens in potestate,& parẽtes & liberos) hac lege,vt si illud agat,illi sint in columes, si non agat, dispereant. tale quid etiam accidit, & circa iactus eos,qui in tempestatibus fiunt,propter suam,ceterorumq; salutem.ita dicunt prædicti tres Doctores. & quasi omnia supradi-
31 cta dicit Angel.in.d.consil.215.n.2. Vnũ est notandum (quod dicit sanctus Bonauentura in.d.lib.2.sentẽtiar. in prin.41. dist. n.5.) quod coactio nunquam tollit rationem volutarij. Cuius verba sunt:ad illud verò,quod obij citur, quod coactio excludit rationem voluntarij : dicendum est, quod est verum vbi est coactio sufficiens , sed voluntas nũquam cogitur coactione sufficienti,ideo coactio nunquam tollit rationem voluntarij.idem tenet.S. Tho.relatus à Nauarro in manuali lati prælud.6.nu.7.
32 Cætera de inuoluotario per ignorationem omitto,quia non est nostra materia. Solum modo aduerto, quod istam ignorantiam dupliciter ponit Angel. in.d.consil.215.d.vbi videre poteris.
33 Vltimò, & pro complemento præmitto, quod metus est ita exosus, quod etiam gentilibus fuit odiosus nam Cicero lib.1. offi.n.47.dicit:illis promissis standum non est,quę coactus quis metu,aut de ceptus dolo promisserit.Et gentilis Prætor proposuit ædictum dicens,quod metu gestum est ratum non habebo. vt habetur in.l.1.ff.isto titul. Quã vocẽ(aiunt Doctores Christiani tã Theologiquã iuris professores) fuisse dei positã in ore prætoris.vt Rainer.de Pen.forti,quem refert, & sequitur Bal.in Rubri.de controu. inuest. in finalib. verbis. & Pirrus in.l. nihil consensui.ff.de reg.iur.in prin.& Hipol. de Marsil.in pract.§.ex pedita.n.22.& Barbat.in cons.54.lib.1.n. & in cons.4.vol.4. n. & Sylua nupt.lib.2.n.119.Cephal. incons.295. vol.2.n.9. Coua.in 4.decret.2.p.c.3.§.4.n.1.Padil.in.l. interpositas.C.de trãsa.n.3.Rebuf.in cõmẽt.2.to.in tra.de resciss.cõtrac.gl.12.n.1.

RECAPITVLATIONES CAPITVLI primi.

REMISSIONES de materia vis præcisa. 1.
Vis præcisa annullat factum ipso jure & non habetur in consideratione factum per eam. 2.
Ratio quare vis præcissa operatur dictum effectum. 3.
Sponsa de futuro stuprata àb alio per vim præcisam potest àb sponso repudiari. 4.
Sponsa de præsenti stuprata àb alio per vim præcisam potest ab sponso repudiari quò ad thorum. 5.
Fallit in casibus ibi positis. 6.
Stuprum per vim præcissam commissum in sponsam dè præsenti est justa causa vt Papa possit dispensare in matrimonio rato non cõsummato. 7.

CAPVT PRIMVM DE VI PRÆCISSA.

1 HIS ita præmissis deueniamus nunc ad primam partẽ nostræ Rubricæ, quæ est de vi simplici, hoc est dè vi præcissa. De qua materia esset nobis differendum per suas species, nisi satis abundèq; de eis haberetur in suis proprijs titulis vt supra retulimus.n.11.& 12. Et quia dè eis benè tractat Ioannes Plotus in suo tractat. de in litem jurand. maximè in §.3. vbi à n.2.vsq; ad fin.tractat de speciebus vis. Et etiã Menochius satis abundeq; (ita quòd amplius desiderari non possit) in suo solemni tractatu dè possessione per totum, ad quos me remitto.

2 Et vt aliquid (quod sit vtile) hic differamus, constituo regulam vniuersalem: quòd omne factum, siuè contra Deum, siuè contra Principem, siue contra ius diuinum, siue naturale, vel humanum (tam in foro Poli, q̃ in foro fori) per vim præcissam factum nihil operatur, ac si factum non esset, neq; tale factum habetur

betur in consideratione. Et sic baptismus per vim præcissam susceptus non obligat ad obseruantiam fidei, neq; caracterem imprimit. Similiterq; & ordo sacer. Neq; thus offerens idolis tenebitur crimine hæreseos. Neq; vxor committit adulterium. Neq; sponsa per vim cognita àb sponso priuatur facultate ingrediendi monasterium inuito sponso. Et sic de omnibus alijs factis per vim præcissã. ita probant jura expressa. in. c. de judeis. 45. dist. & in c. præsbiteros 50. dist. & in summa. 32. q. 5. & in c. ita ne. & in c. de pudicitia & per totam eãdem quæstionem. & in c. sacris. isto tit. & in c. maiores §. item quæ ritur. de baptis. & in c. contra Christianos. de hæreti. lib. 6. & in. l. si vxor. §. si quis planè. ff. ad leg. jul. dè adulter. & in. l. vim passam. eo ti. & iu. l. fœdissimam. C. de adulter. & in. l. 32. ti. 6. par. 1. & Archidiac. in. c. qui bona. 17. q. 1. n. 13. & 14. & Abb. in cons. 4. n. 3. vol. 1. quẽ refert & sequitur Summa Armilla. verb. adulterium. n. 5. & Tiraquel. in tract. de pœnis temperand. causa. 36. nu. 5. & Abb. qui alios refert in. c. 2. dè conuers. conjug. nu. fi. quem & Monal. sequitur Armilla in verb. diuortiũ. n. 6. Ratio hujus nostræ conclusionis
3 est duplex. Prima quia taliter coactus potius patitur, quàm agit vt glo. d. c. sacris. verb. per coactionem. & Archidiac. d. nu. 13. & Abb. in. c. consultationi. n. fi. de sponsalib. & August. de ciuitate dei lib. 1. c. 16. & 18. Secunda quia talis coactio naturaliter & & omnino tollit voluntarium. vt Sanctus Thomas in pri. 2. q. 6. art. 6. Augusti. in moralib. c. 6. in fi. & Antonius dè Cordoua in suo quęstionario. lib. 1. q. 29. in. 2. opinione in responsione ad. 3.
4 Fallit tamen primò nostra conclusio in casu satis notabili, videlicet in sponsa de futuro quæ sisit cognita àb alio per vim præcissam poterit àb sponso repudiari. tex. in c. raptor. juncta glo. 1. 27. q. 2. glo. in. c. quæmadmodũ in prin. dè jure jur. verb. oculos. in fi. quam ibi sequuntur communiter. dd. teste Couarr. in. 4. decretal. 1. p. c. 5. in prin. n. 2. & Nauarr. in manuali, lati. c. 22. n. 27. versi, nono. & tenet hanc opinionem Syluest. in sua sum. verb. sponsalia. n. 10. vers. septimo. Et non est mirum quòd ista puniatur sine culpa, cũ tamen non puniatur sine causa vt. d. glo. verb. ocu-

oculos.& ibi.dd. Et quia non debet compelli sponsus incurrere bigamiam. vt ibi dicit Hostien. verb. juramentum.

5 Fallit secundò in sponsa dè presenti siue cognita,siue non cognita à marito: quia poterit àb sponso repudiari quo ad thorũ. Ratio in qua fundor est: quia sponsus accedendo ad eã incurreret bigamiã per tex.in c.qui in aliquo 51.dist.ibi:aut corruptarum mariti. & nemo potest compelli ad bigamiam incurrendam cum sit irregularitas vt in d.c.qui in aliquo.& in toto titul. de bigamis. Quam rationem ponit Hostien. vt supra proxime diximus in sponsa dè futuro.& ita teneo licet,Abb.in d.cons.4. d.nu.3.& Couarr. vbi supra proximè nu.3. teneat contrarium.

6 Et hanc reputo justã causam vt Papa possit dispensare in matrimonio rato non consummato. tempero tamen istam meam opinionem in casu quo sponsa erat corrupta antè sponsalia, & sponsus cum hac qualitate eam sibi desponderat. & in casu quo sponsus aliud prius contraxerat matrimonium, quod consummauit: quia in quolibet istorum casuum contrahitur bigamia vt in c.de vna. 26.dist. & in c. cognoscamus. 34. dist. & in c. de bigamis.& in c.debitum.de bigam.& tali casu iam ipse contraxerat, seu erat dispositus contrahere bigamiam. & sic cessante ratione funda metali mea cessabit dispositio. & in istis casibus poterut intelligi & saluari Abb. & Couarruuias.

RECAPITVLATIONES CAPITVLI SECVNDI.

METVS diuersimodè infertur.aut à nullo,aut à lege,aut àb homine, aut àb aliỷs causis & occasionibus prater legem & hominem. 1.

Metus illatus à nullo quis sit? 2.

Metus illatus à nullo nihil operatur.

Condemnatus juste ad mortem si ducat in vxorem meretricem vt liberetur à morte non potest à tali matrimonio desilire. 3.

Metus illatus à lege nihil operatur. 4.

Stuprator ducens vxorem eam,quam stuprauit metu pœna capituli se-

secundi de adulterijs non potest à tali matrimonio desilire. 5.
Metus illatus àb homine distinguitur.& n.7.& 8. 6.
Metus illatus ad aliquid faciendum vitiat regulariter factum. 8.
Metus aliarum causarum,& occasionum an operetur? 9.

CAPVT SECVNDVM DE METV.

1 EXPLICITA iam prima parte nostræ Rubricæ, quæ dè vi præcissa tractat: ad secundam partem (quæ de metu hoc est de vi conditionali tractat) accedere necesse est: quam Deo duce magistraliter explicabimus Pro cuius explanatione sciendum est: quod aut metus infertur à nullo, aut infertur à lege, aut infertur ab homine, aut infertur ab alijs causis,& occasionibus præter legem, & hominem.

2 Metus illatus à nullo dicitur, qui non infertur ab aliquo ex alijs tribus supra proximis: vt pote quando quis cogitatione mortis siuè in salnte, siuè in infirmitate, vel volens nauigare, vel aliquod iter arripere timens naufragium, vel piratas, vel latrones vel alia pericula facit aliquem contractum, vel votum, talia enim valent,& ex ꝑtextu talis metus non infringētur. ita Guliel. Benedict. in repetitio c. Rainuntius. de testa. par. pri. verb. testamentum el. 4. n. 6.& Couarru. in 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 4. n. 16.

3 Ex quo corollariè sequitur, ꝙ siquis iustè condemnatus ad mortem accipiat in vxorem meretricem aliquam vt à morte liberetur non poterit allegare, ꝙ illud matrimonium contraxit metu mortis, eo quia à nullo fuit sibi illatus ille metus, & sic valebit,& tenebit matrimonium istud, ita tenet Couarru. vbi supra num. 17.

4 Metus illatus à lege non rescindit neq; annullat factum eius timore. tex. in l. 3. §. 1. ff. isto titul. Cuius verba sunt: sed vim accipimus atrocem,& eam, quæ aduersus bonos mores fiat non eam, quam magistratus rectè intulit, scilicet iure licito, & iure honoris quem sustinet. vbi glo. verb. iure licito. adducit alia iura. hanc conclusionem tenet expresse glo. 1. in. l. dolo. C. de inutilib.

tilib.ſtipulatio.& Bal.in Rubri.iſtius tit.n.1.quem refert & ſequitur Decius in.c.fi.de appellat.n.9.& 10. idem Bal.in.l.2.C. de his qui propter met.Iudi.non appel.n.1.& Paris de Puteo in in tract.Syndicat.verſi.anſi eſt facta cōpoſitio à principio vſq; ad n.5.fol.mihi.111.& Socin.in conſ.77.n.6.cum ſequent. vol. 1.& Roland.valle in conſ.83.volu.2.n.18.cum ſequent.& Ioſeph. Angles in ſuis florib. Theologicar. quęſtio. tit. de matrimonio.c.de conſenſu libero & coacto.arti.2.concluſio.fi. Exē-
5 plū habemus in.c.2.de adulter.& ſtupro. vbi diſponitur, quod ſtuprans virginem aut eam ducat in vxorē, aut corporaliter caſtigatus,& excomunicatus detrudatur in monaſterium ad agēdam pęnitentiam.ſi aliquis ſtuprator timore huius pęnæ ducat in vxorem,quam eſtuprauit ,non poterit prætextu huius metus & timoris à tali matrimonio deſilire. Alia exempla poteris videre per Michaelem de Palatios in ſuo tractato de contractibus lib.1.c.5.verſi.item qui facit ius.

6 Metus illatus ab homine diſtinguitur : aut non infertur ad celebrandum,ſeu faciendum aliquid. aut infertur ad faciendū
7 ſeu celebrandum aliquid. Primo caſu talis metus nihil operatur.vt puta ſi metu mortis inferendę à Tyrano,vel ab hoſtibus, ſeu latronibus vel ab alio inimico à quo captus detinetur, quis faciat aliquem contractum, non poteſt ei prætextu talis metus contrauenire.ita firmat Guiliel.Benedict.in.d.Repet.c. Rainū-
8 tius.d.verb.teſtamentum el4.d.n.6. Et cōprobatur ex his quę infra dicemus decarcerato in.c.2.§.6.n.11. In ſecundo caſu regulariter metus ſi eſt iuſtus & iniuſte infertur uitiat contractū. Seu quælibet alia geſta. ut in toto titul. ff. & C. iſto tit. & in noſtro titulo.

Metus aliarum cauſarum & occaſſionum ſi eſt iuſtus etiam
8 operatur ut infra dicemus in.c.7.ubi me remitto.

RECAPITVLATIONES. §.1.

METVS duplex eſt iuſtus & leuis. 1.
Metus iuſtus regulariter operatur, leuis non.
***Metus iuſtus quis dicatur.cum numeris ſequent.* 2.**

Vir

Vir constans quis dicatur.
Metus continens mortem seu crutiatum corporis non cadit in arbitrium iudicis. 6.
Necesse est timere maximum terribilium.
Arbitrium cadit in his quæ non possunt sub regula comprehendi propter varietatem.

PARAGRAPHVS PRIMVS.
quis metus sit necessarius?

1 VISO iam quando metus illatus operetur videndum est, quis metus sit necessarius? Ad quod respondeo: quod duplex est metus: vnus qui dicitur iustus, alter qui dicitur leuis. Metus iustus regulariter est sufficiens & operatur in omnibus & per omnia. Metus autem leuis regulariter non operatur. tex. expres. probans vtramq; conclusionem in L. metum la.1.ff.isto tit. Fallentias vtriusq; regule ponam infra in.c.8. per totum.

2 Quis autem metus dicatur iustus satis controuersum est: quia ipsa iura variè hoc ipsum disposuere. Ius ciuile variat inter se: nam d.l.metum. dicit non sufficere quem libet timorem sed maioris calamitatis. L.metum la.2.ff. eo tit. requirit metum cadentem in constantissimum hominem. Et super interpretatione harum dictionum (vir constans) non parum laboratur. Nã thesaurus linguæ latinæ exponit constans, idest firmus concordando cum Aristotele lib.7.æthicor.c.7.qui asserit constantiam in resistendo cõsistere. At Cicero in Tuscu.qq.lib.4.n.99.dicit hæc verba: Constantem enim quendam volumus sedatũ, grauem, humana omnia præmentem, illum esse quem magnanimũ & fortẽ virum dicimus Sanctus verò Thomas.in lib.4.sentent. dist.19.arti.11.dicit: constans iudicatur ex virtute, quæ est mẽsura in operibus humanis, & sic rectam rationem sequitur, per quam minus malum eligit, aut maius bonum. Hanc Sancti Thomæ interpretationem cõmuniter sequuntur.dd. quos refert Le-

xicon Theologicum in ver.metus.& alij quos refert,& sequitur Couarr.in.4.decretal.2.p.c.3.§.4.n.2. Redeũdo ad iurium varietatem l. continet.§.1.ff. isto titul. requirit metum mortis, aut verberum. l.interpositas.C.de transactio. & l.si quidem. C. de contrahend. stipulatio. requirunt metum continentem salutis periculum,vel corporis cruciatum.

3 Ius autem Regium Hispanniarum in l.7. titu.33. par.7. dicit hæc verba: metus *En latin tanto quere dezir en romance como miedo de muerte, ò de tormento de cuerpo, ò de partimiento de mienbro,ò de perder libertad, ò las otras cosas porque se podria amparar,ò desonrra para quedar enfamado. E tal miedo como este,ò de otro semejante fablan las leyes deste nuestro libro quando dizen: que pleyto, o postura que ome faze por miedo no deue valer. Ca por tal miedo no solamente se mueuen à prometer,o fazer algunas cosas los omes que son flacos mas aun los fuertes.*

4 Ius verò Canonicũ etiã variauit: nam videmus in c.1. istius tituli quod nihil aliud interuenit,quam euaginatio gladij. In c.2.istius tituli dicitur sufficiens metus amissionis bonorum, In c.3.istius tituli dicitur sufficere terrorem laicorum. In c.ad audientiam. istius titul.dicitur sufficiens metus ille, qui cadit inconstantem virum.& istum metum cadentem in constantem virum exponit tex.in c. cum dilectus istius titul. esse metum mortis,aut crutiatus corporis.

5 Resolutio istius varietatis habetur in l.metus.ff.ex quib.caus. maio.quæ disponit huius rei iudicis disguisitionem esse: hoc est quod relinquitur iudicis arbitrio. Et sic vtriusq; classis doctores hanc dispositionem amplexi sunt. glo. in d. c. cum dilectus. verb.metum mortis.glo.4.in d.l.interpositas.Calderi.in consil. 1.istius titul.n.2.Bal.in Rub. istius titul.n.8. Lucas de Pen.in l. vnica.C.de mendi.valid.n.8.Socin. Iun.in consil.78.volu.2.n. 45.& alij.dd. quos refferunt, & sequuntur Xuarez in allegatio 23.n.6.& Couarru.in 4. decretal.2. par.c.3.§.4.n.8. & §.6.n.7. & Padilla in d.l.interpositas.C. de transactio.n.13. & Caballi. in suis mille loqui.2.par.c.786.Euerar.in consi.19.n.30.& Menochius

nochius in tract.de arbitrar.iud.lib. 2. Centur.2. casu.135.n.3. Mantica in tract.de.coniectur.vltim.volunta.lib.2.titul.7.n.6. Rebuff.in commentar.2.tom in tract.de rescis.contract.glo.12. n.3. Fallit vbi interuenit metus mortis,aut cruciatus corporis, quia si hoc constat non cadit arbitrium: quia necesse est timere maximum terribilium. Arbitria enim data sunt in his quæ nō possunt sub regula comprehendi propter varietatem humanā, & eleganter notatur in l.non possunt ff.de legib.ita dicit Bal.in c.2.isto tit.quem refert & sequitur Euerard.vbi supra n.31.

RECAPITVLATIONES. §.2.

IVDEX in arbitrando metum an habeat arbitrium vel regulatum.n.1.& 3.

Arbitrium duplex est: regulatum,& liberum.2.

Arbitrium in metu non erat conueniens quòd esset liberum.4.

Iuditium quando stat sub incerto, neq; partes, neq; aduacati vnquam scirent,quæ esset bona,vel mala causa.

§.2. DE IVDICIS ARBITRIO IN CAVSA METVS.

1 VISO iam ꝙ iudicis arbitrio relinquitur quis metus sit iustus,expediendum nobis est,an iudex habeat in hoc arbitrium liberum,vel regulatum? Pro cuius decisione est sciendū
2 ꝙ duplex est arbitrium iudicis: vnum regulatum, alterum liberum. Distinguitur vnū ab altero isto modo quando aliquid,cōmittitur arbitrio iudicis simpliciter, tunc arbitrium eius debet esse regulatum. Quando verò committitur iudicis arbitrio cum hac dictione liberè, seu cum alia dictione libertatem significante,tunc tale arbitrium est liberū.de qua materia nouissimè Menoc.in suo tract.de arbit.iudi.lib.1.q.6.cum trib.sequent. mirificè disseruit,ad quem me remitto, ne eum hic transcribā: quia ab omnibus haberi debet. Sed in nostro casu iudicis arbitrio
3 simpliciter cōmittitur.vt patet in d.l.metus,ff.ex quib,caus.ma

i..& ex dicta communi opinione. ergo arbitrium iudicis debet in hac causa metus esse regulatũ.& arbitrium regulatũ debet regulari a iure,& ratione,& non à capite. vt traddit Menoc.de arbitrar. li.1. q.13.& cons.42.n.20.& Redin.de maies.prin.vers.oĩbus aquum.nu.10. quos refert & sequitur Segura de Aualos in director.iudi.ecclesiast.2.p.c.10. n.fi. Neq; erat conueniens, ꝙ
4. committeretur arbitrio libero,quia iuditium esset sub incerto: nam vnus iudex posset esse mihi fauorabilis, & iudex alterius instantiæ aduersario meo, vel vnus haberet vnam opinionem, & alter alteram. Et sic neq; partes, neq; aduocati vnq̃ scirent an fouerẽt bonã,vel mala causam ita dicit Sylua nup.li.5.n.74

RECAPITVLATIONES. §.3.

QVO modo iudex debet arbitrari in causa metus n.1.cum seqq. 2 sq. ad finem.

Iudex quomodo debeat arbitrarium in omnibus causis suo arbitrio irregulato commissis. 2.

§.3. QVOMODO IVDEX DEBEAT ARBITRARI.

1 VISO iam ꝙ iudicis arbitrio regulato committitur, quis metus sit iustus. Expedit nunc scire quomodo iudex debeat arbitrari. Et genericè quando aliquid
2 iudicis arbitrio regulato committitur,quomodo debeat arbitrari traddit optimè Lucas de Penn. in l. vnica, C. de mend.validis. n.7.vers.sed qualiter.& Menoc.in d.suo tract. de arbitrar.iud. lib.1. quæst.14. quorum doctrinas hic non refero,
3 quia habemus tradditiones in specie nostra. Gaspar Calderi. in cons.1. istius titul. n.2. dicit.ꝙ metus iudicatur iustus ex circunstantijs. vt non solum qui continet cruciatum corporis, sed etiam qui continet verba comminatoria (maximè mortis) iustus iudicatur.vnde consideratis persona metum inferentis, & persona cui infertur,vt secundum has circunstantias,& alias ar bitre-

Digitized by Google

bitretur, an metus sit iustus vel non. Hanc doctrinã tenent multi.dd. quos refert & sequitur Menoch.d.tract.lib.3.cenr.2. casu 135.n.4.& tenet Mantica in tract.de coniect.vlt.volun.lib.2.ti.
4 7.n.6.in fine. Baldus verò in c.1.istius titul.n.8.in medio dicit: iudex in causa metus debet arbitrari, vt eius arbitriũ conueniat naturalibus, quia est iuditium rationis. Quæ conclusio supradi-
5 ctam comprehendit. Nauarrus aũt in suo manuali latino. c.22. num. 51. vers.4. latius loquutus est dicendo: Prudens aũt arbitrabitur, supponendo primò quod ex obiecto ipso solo sine alijs circunstantijs, deinde considerando in alio genere metus non solum malum ipsum obiectum, sed etiam circunstantias fortitudinis, vel fragilitatis, vel paruitatis animi, aliorumq. accidentium metum passi ita ꝙ eiusdem mali obiecti metum in alio iu-
6 dicabit iustum, in alio vanum. Francisc. Sarmiento in lib.2. selecta.c.11.n.8.& 10. facit notabilẽ distinctionem dicendo: ꝙ aut agitur contrà eum qui metum intulit, vel participem, & tunc arbitrabitur esse metum iustum quemlibet metũ leuẽ, neq. requiri ꝙ sit cadens in constãtem virũ. Aut agitur contra tertiũ, & ꝙ tũc requiritur metus cadens in constante virũ. & ꝙ sic debent intelligi iura (& ibi apponit causas matrimoniales, & religionis inter causas tertij, eo quia deus & ecclesia læditur) Et ꝙ si dubitetur an metus sit talis, qui cadere possit in constantem virum, vel non, potius sit fauendum repetitioni, q̃ aduentitio lucro.

7 At ego (volens materiam hanc magistraliter & oĩbus numeris absoluere) dico: ꝙ iudex debet considerare sequentia. Primũ personã metum inferentem. Secundum personam metum passã. Tertiũ actus ex quibus metus dicitur causatus. Quartum alias circunstantias. Quorum quælibet exigit vnum paragraphum, ideò insequentibus, §.§. omnia plenè examinantur.

RECAPITVLATIONES. §. 4.

Persona potens minas exequi, inducit iustum metum, & quæ sint ista persona. 1.

Prouerbium probat. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Per-

Persona solita minas exequi inducit iustum metum. 3.
Quo modo probetur quod quis sit solitus minas exequi. 4.
Homo pestilentiosus inducit iustum metum. 5.

§. QVARTVS DE PERSONA MINANTIS.

1 Debet considerare an persona sit talis φ probabiliter possit minas exequi (loquor de persona priuata nullam habente iurisdictionem) nã tunc dicitur metus iustus, l.3.§.si legatarius, ff. si plus q̃ per legem falc. ibi: vel sperat.& ibi gl.d.verb.sperat.& gl. in l.metũ, C. isto tit. verb.iactationibus.& ibi Bar.n.1.& Alberi. n. qui allegat Guidon. & Alberic. & Guidonem sequutus est Thomas Gram. in dec.5.n.4.& 16. tenet & Calde.in cons.1.istius titul. nu.2. & Bellame.in cons. .quem sequitur Crauet. in cons.29. n. 1. vol.1.quos refert,& sequitur Meno.in tract. de arbit.iud. lib.2. cent.2.casu 136. n. fi. Et quæ sint istæ personæ potentes ad exequendum minas vltra tertios extraneos dicemus. infr. de metu reuerentiali. Ego aũt iudico quem libet esse timendum. vt patet in emblemate Alciati, quod se habet: à minimis quoq; timendum.& in Symbolo.163. Ludouici Viues in suo Satillitio. vbi dicit: Nullus est tam comtẽptibilis, qui non & prodesse, & (quod facilius est) nocere possit: ideò nemo contẽnendus. Cõprobatur authoritate prouerbij: Scarabeus Aquilam quærit, quod adducit Erasmus in suis chiliadibus. Et facit, quod tradit Strabo li.14. vbi refert Herostratum virum ignauum,& abiectum manu propria struxisse incendium nobilissimæ fabricæ templi Aesphesianæ Dianæ voto adipiscendæ famæ, sicut ipse posteà confessus est. Et facit, quod tradit Tit. Liuius li.1.suæ Historiæ de Brutto, qui Tarquinnium Regem à Regno expulit. Et quod ipse Liuius lib.2.tradit de Mutio Sceuola: qui Regẽ Porsennam in suo tentorio intra suum exercitum aggressus fuit ad occidendum. Et de Coroliano quodam priuato misso in exiliũ à Roma, qui in eam animos Voloscorum incendit, & cum exer-

citu

Digitized by Google

citu eorum eam de populaturus circundedit. à quo facto nullo modo flecti potuit, nisi à matre, & vxore, ac liberis, postq̃ legatos Romanos super pace ab eo petenda, ac ipsos Sacerdotes, & deos spreuerat. Et facit etiam, quod ipse Liuius li. 21. tradit de Tago cuiusdam Hispani famulo, qui videns dominum suspendi de mandato Hasdrubalis, ipsum Hasdrubalem aggressus in medio exercitus sui occidit. Possem & alia multa hic referre, quæ

2 fastidij causa omitto. & prouerbium probat, ac si esset lex: quia est res probata tex. in c. & si iudeos. de iudeis. & ibi Hostiensis in verb. iuxtà vulgare prouerbium. & ibi alij Doctores. & Doctores in l. 1. ff. si cert. pet. & Ceph. & in cons. 82. vol. 1. n. 33. Et prouerbio vsus est dominus noster Iesus Christus apud Io. c. 11. vbi respondit discipulis suis dicendo: non ne duodecim sunt horæ diei? Vbi Nicol. de Lyra dicit: quod illud erat prouerbiũ apud iudeos, & adhuc est apud nos, quod loquendo de mutatione propositi dicitur, nonne duodecim sunt horæ diei? & quod ideò saluator vsus est tali modo loquendi.

3 Item debet iudex considerare an persona minans sit solita sæuire, & minas exequi? quia talis persona inducit iustum metũ. tex. in l. 3. ff. ex quib. caus. maio. Bar. in l. metum, C. isto tit. n. 1. & Anchar. in cons. 299. n. 1. & alij multi. dd. quos allegat Andr. Geil in suis practicis obseruatio. lib. 2. obseruat. 93. n. 8. & Ang. in cons. 215. n. 1. & 4. & Thomas Gram. in d. dec. 5. nu. 3. & Rol. Valle in cons. 83. vol. 1. nu. 32. licet vt dixi quilibet minans sit iustè timendus. de quo latius infra. §. 6. n. 39.

4 Et quomodo probetur quod quis sit solitus minas exequi tradit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunt. n. 14. cum sequent. quem refert, & sequit. Bal. in c. fi. de appellatio. n. fi. & ibi Philip. Francus. n. 5. cum seqq. quem vide: quia optimè loquitur. & sequitur Paul. de Castr. in l. metum, C. isto tit. n. 1. & Anch. in cõs. 382. n. 12. tradit & ipse Bar. in l. pen. C. isto tit.

5 Item homo pestilentiosus inducit iustum metum. vt Bar. in d. l. 3. ff. ex quib. caus. ma. n. 1. idem in d. l. metum. n. 1.

RE-

RECAPITVLATIONES. §. 5.

PErsona metum passa consideranda est vt qualitas metus ponderetur. 1.
Qualibet dispositio intelligenda est secundum conditionem persona ad quam dirigitur.
Aliqui sunt à natura timidiores. 2.
Aliqui sunt prater modum timidi. 3.
Aliqui prater modum timidi recensentur. 4.
Timidus, formidolosus, pusillanimis quis dicatur? 5.
Puer facilius terretur q̃ vir. 6.
Tenera atas facilius terretur.
Aetas quomodo probetur. 7.
Probatio ad perpetuam rei memoriam in atata probatione operatur, & valet.
Fœmina facilius terretur q̃ masculus. 8.
Ligatus, vel aliter impeditus facilius terretur, q̃ positus in libertate corporis, & membrorum. 9.
Infirmus facilius terretur, q̃ validus. 10.
Senex facilius terretur, q̃ iuuenis. 11.
Senectus ipsa morbus est.
Statutum loquens de infirmo habet locum in sene.
Senes qui dicantur.
Fragilis quacumq. de causa, & accidenti facilius terretur. 12.
Rusticus leui metu terretur. 13.
Qui alteri debet reuerentiam leuiori metu terretur. 14.

§. 5. DE PERSONA METVM PASSA.

1 CIRCA personam metum passam iudex considerare debet, q̃ si persona est constantissima metus debet esset talis, qui cadat incostantissimum virum. Si est cõstans tantum, debet esse talis, qui cadat in constantem virũ vt Gasp. Caballin. in suis milleloquijs. 2. p. millelo. 786. Rebuff. in comment. 2. to. in tract. de rescissio. contract. gl. 12. Si est talis q̃ ex leui

leui metu terrebitur (licet non cadat inconstantem virum) debet in ea iudicari (iustus metus) metus leuis: quia eadem est ratio.argu.l.plenum.§.æquitij.ff.de vsu.& habitatio.vbi disponitur quod quælibet dispositio debet intelligi secundum conditionem personæ ad quam dirigitur.per quam legem firmat Decius hanc conclusionẽ in.c.fi.de appellatio.n.1.idem in l.in omnibus causis.ff.de regul.iur. nu.2.& 3. & vtrobiq; respondet ad fundamenta contraria.hanc Decij opinionẽ in spetie tenet Cagnol. in d.l.in omnibus causis n.5. & 6. vtrumq; refert & sequitur Ioan.Plotus in tractat.de in litem iurand.§.3.n.16.Decium etiam sequitur Purpuratus in consil.579.n.7.& Imola in c.cum dilectus,isto tit.n.8.& August.Beroi in c.1.de off.delegat n.20. & Bossius in suis varijs tracta. tit.de plurib. violent.n.80.& Caballi.in d.milleloq.786.& Rebuf.in d.n.2.& in praxi benefi.tit. de resignat.metu extorta.nu.11.tenet Alphon. a vera Cruce in suo speculo coniugio.par.1.art.8.n.8.cũ seq. & Menoc.d. tract. de arbitrar.iudi.lib.2.Centur.2.casu 135.n.5. & hoc est,quod sensit Gaspar Calderinus (quem supra retuli in prin. huius capit.n.3.) dicendo: quod metus considerata persona cui infertur considerabitur iustus,& quod sensit Bal. (quem supra retuli inprincipio huius cap.n.4.) dicendo: iudicis arbitrium debere conuenire naturalibus: quia est iuditium rationis. Et quod sensit Nauarrus (quem supra retuli in principio huius capitis n.5.) dicendo: debere considerari circunstantias fortitudinis, vel fragilitatis,non solum sexus,sed etiã ætatis, innatæ magnitudinis,vel paruitatis animi.& sentit Riminal.in d.l. interpositas.C.de transactio.n.3.vbi dicit: metus debet esse talis,qui cadat in constantem virum: habita tamen consideratione personarũ qualitatis. Sunt enim aliqui à natura timidiores tex.expres. in l.vnius facinoris.ff.de quęstionibus.vbi dicit textus quod vnius facinoris plurimi rei,ita sunt audiendi,vt ab eo incipiatur
3 qui timidior est.; sunt,& alij præter modum timidi,vt dicit tex. in l.1.ff.de ædelit.edict.in finalibus verbis. ibi: etiam in his qui præter modum timidi &c.& alij.perquã timidi,tex. in l.quæ sub

conditione ff. de condi. institu. ibi: alij perquam timidi. Quod comprobatur prouerbijs adductis per Erasmum in suis chilia-
4 dibus: vmbrā suam metuere. metū inanem metuisti. Et aliquos præter modum timidos recenset Rauisius textor in sua officina cap. timidi, & meticulosi. vbi refert fuisse quēdam Archilochū, qui scripsit: satius esse clipeum abijcere, quam interire. Et quendam Theagenem adeò superstitiosè timidum vt domi haberet Hecates simulacrum, neq; vsquam pedem mouerit illo in consulto. Et Artemonem apud græcos ita metu fractum, & stupidū vt diù intra domus septa se continuerit duobus seruis scutū ęreū supra caput eius sustinentibus, nequid noxium supernè excideret, si quando autem tecto egredi cogebatur lectica tecto adoperta gestabatur. Et Pisandrum quendam, qui timebat necubi animæ suæ occurreret, à qua viuus esset destitutus. Et Dionisiū quendam, ita formi dolosum vt cultros metuens tonsorios candenti carbone sibi adureret capilos. de quo etiam meminit Cicero lib. 2. offitior. n. 33. Et Aristogitonem Atheniensem sicophantam, qui martem habebat in lingua, & semper loquebatur de bellis, vt propterea bellicosus appareret, cū reipsa foret meticulosus, proinde cum die quadam intellexisset exercitum parari, & conuocari milites, simulata valetudine crus ligauit, & baculo in nixus in publicū se protulit caudicare simulans. Et quēdam Plutum omnia formidantem. Et quendam Demosthenē pro ignauo & maximè timido accusatum esse, quod in propria causa dicturus prius aufugert, quam deueniret in iuditium. Et
1 Tauream Campanum verbis quam re ferotiorem, qui Clàudiū Assellū militem Romanum superbis comminationibus ad duellum prouocauerit vltrò, vbi autem ventum est ad conflictum repente concitato equo fugam arripuit, & auffugit Capuam. Et Vatienum, qui sinistræ manus digistitos sibi amputauit, ne bello Italico militaret. Que omnia libuit hic refferre, quia ab omnibus non habetur, & vt sciant tam iudices, quam aduocati quo-
5 modo segerere debent circa hanc materiam. Et timidus dicitur qui metuit, quæ non conuenit, nec quando, nec quomodo: vt

traddit

traddit Aristot.lib.3.æthicor.& formidolosus est,qui ea timet, quæ non sunt timẽda.tex.in l.scimus.C. de iure deliberan. vers. ex omnibus.& in.§.sed quia quidam.ibi.formidolosis: pusillanimitas est vitium oppositũ virtuti fortidinis vt philoso.3.æthi. fortis terribilia mortis non timet, sed agreditur propter bonum virtutis: sed pusillanimis mortem timet,& fugit vbi,& quando non oportet. vnde timere mortem (propter quam bonum virtutis assequimur) ex pusillanimitate procedit.vnde Ecclesiasti. c.7.nolli esse pusillanimis in animo tuo.& Æsaye.35.discite pusillanimes,confortamini,& nollite timere.ita dicit Ioan.à Turrecremata in c. vbicumq; verb.ex pusillanimitate.13. quæst.2.
6 n.1. Et magis ad speciẽ accedendo minor metus sufficit in puero,quam in viro,quod docet experiẽtia teste Menoc.in d.tract. de arbitrar.iudi.lib.2. Centur.2.casu.135.n.5.& illud patet ex Baldo vbi supra in princ.huius capitis. n.4.dum dicit quod arbitrium debet conuenire naturalibus, quia est iuditium rationis.Et ex Nauarro vbi supra in principio huius capitis.n.5.dũ dicit: considerandam circunstãtiã ætatis,& hoc de tenera ætate ponderauit Xuarez in allegatione.24.n.5.infine Pro quibus est textus (à nullo põderatus) in d.l. vnius facinoris.ff.de questio.ibi:vel teneræ ætatis.qui textus dicit:quod in tormẽtis incipiatur,ab eo qui teneræ ætatis videtur. Quæ nam ergo ratio potuit mouere iurisconsultum? Nisi quod qui est teneræ ætatis est timidior Quæ ætas non solum probabitor aspectu iudicis secundum tex.in l. minor. 25. annis adito præside ex aspectu.ff. de minoribus. sed etiam alijs modis de quibus per Ioan. Campegium in tract.de testibus. regula.363. quæ incipit: Quomodo & qualiter probabitur ætas alicuius,& per Mauritiũ in trac. de resti.in integrum.à c.316.vsq; ad.325.Et nouissimè per Caldas Pereirã in l.si curatorẽ habens C.de in integ. restit. minor. super verb.minoribus n.12.cum mult. sequentibus de quo Menochius in tract.de arbitrar.iudicum.lib.2. centur.2.c.117. per totum, & melius quã omnes Mandosius in Regul. cancel. Reg. 18.quæst. prima cum nouẽ sequentibus ad quos me remitto ne

Digitized by Google

eos hic transcribam Solum vnum aduertendum puto, scilicet: quod testes super ætate possunt examinari ad perpetuã rei memoriã, & facient fidem, & habebit effectũ talis probatio quo ad omnes, & in omnibus & per omnia. gl. 2. in l. 2. ff. de ferijs verb. ætas, & ibi dd. & Bar. in l. de ætate. ff. de minor. n. 2. & 3. Et Bal. in l. cum te. n. 1. versi. quandoq; C. de probatio. Item minor metus sufficit in fœmina quã in masculo ratione sexus, vt tenet glo. prima in c. cum locum de sponsalib. quam dicit menti renendã ibi Abb. n. 6. vbi refert alios eam sequentes. idem Abb. in c. cum dilectus. isto tit. n. 8. vbi etiam ante eum id tenuit Anto. de But. n. 15. Et Zabarel. n. 3. versi. secundo oppono. idẽ Abb. in cons. 4. par. 1. n. 4. & sequitur Detius vbi supra eum retulimus in prin. huius. §. & Gaspar Calderi. in consil. 1. isto tit. n. 3. & Hypolit. de Marsil. in rubri. C. de hrobatio. n. 190. Et Riminal. in l. interpositas. C. de transact. nu. 3. ad medium. & Brunus in cons. 82. n. 9. volu. 1. & Tiraqu. de legib. Connubial. l. 9. nu. 160. & alij dd. quos refert, & sequitur Couar. in 4. decretal. 2. p. c. 3. § 4. n. 9. & Caballi. in. d. milleloquio, 786. & Rebuf. in cõment. 2. tomo. in tract. de rescissio. contract. glo. 12. n. & Mantica in tract. de coniecturata mente defuncti lib. 2. tit. 7. n. 7. & iste casus cõprehenditur à Calderi. & à Baldo & à Nauarro vbi supra eos retuli in principio huius capituli. n. 3. 4. 5. & dicit teneri cõmuniter Andreas Geil. d. pract. obseruatione. 93. d. n. 2. lib. 2. & facit c. quãuis. de sent. excomu. vbi excusatur fragilitas sexus.

9 Item minor metus sufficit in ligato, vel aliter impedito, quam in soluto, & posito in libertate corporis, & menbrorum. Qui casus cõprehenditur à Calderino, & Baldo, & Nauarro vbi supra in principio huius capitis. n. 3. & 4. & 5. Facit. l. sucurritur, cum l. sequenti. ff. ex quib. caus. maior. & l. fi. tit. 8. par. 7. vbi excusantur ligat. Et facit d. c. quãui de sent. excomu. vbi excusatur quælibet corporis impotentia.

30 Item minor metus sufficit in infirmo, quã in valido qui casus cõprehenditur à Calderino, & Baldo, & Nauarro vbi supra eũ retulli in principio huius capitis n. 3. & 4. & 5. a Calderi. in quã-

tum

tum dicit circunstãtias, & personã metũ passam. à Baldo in quãtum dicit: quod conueniat naturalibus, & quod est iuditiũ rationis & à Nauarro in quantũ dicit: circunstãtias fragilitatis, aliorumq; accidentium metũ passi. Et confirmatur decisione supra proximi casus quia in firmus est impeditus, ligatus, & detentus in infirmitate. Cõfirmatur quia esse in infirmitate æquiparatur existenti in vinculis vt patet in c. quamuis de procuratorib. lib. 6. ibi: vel ægritudine, aut vinculis. Et facit d. l. fi. d. ti. 8. par. 7. & d. c. quamuis de sent. excom. vbi excusatur infirmus. & expresse tenet Mantica in suo tracta. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 2. cap. 7. num. 4.

11 Itẽ minor metus sufficit in senequã in iuuene. & iste casus cõprehenditur à Calderino, & Baldo, & Nauarrc vbi supra. Et confirmatur decissione superioris casus: quia si in infirmo, & in sene: cum senectus ipsa morbus sit vt Terentius asserit in Phormione actu. 4. Scen. 1. dicendo me detinuit morbus. D. vnde, aut qui. C. rogas? Senectus ipsa morbus est. quẽ sequitur Abb. (licet non designet locũ) in c. magnæ de voto n. 8. Vbi infert qđ statutũ loquens in causa infirmitatis habet locũ in causa senectutis. Et d. c. quãuis de senet. excomu. vbi excusatur senex sicut infirmus. Et qui dicantur senes relinquitur arbitrio iudicis teste Iusto Reubero in tract de testib. 2. p. n. 217. licet Accursius in d. l. inuiti. verb. senex. velit, quod sit eiusden ætatis qua possit se excusare à tutella de qua ætate habetur in l. vnica. C. qui ætate se excusauere de quo Menochiu in tract. de arbitrar. iudi. lib. 2. Centur. 1. cap. 59. per totum quem videte.

12 Item minor metus sufficit in fragili ex quacumq; causa, & accidenti veluti in claudo, & mãco, & in alijs mutilatis, vel in alijs accidentibus. Et iste casus cõprehenditur à Calderino, Baldo, & Nauarro vbi supra eos retulimus in principio huius capitis. n. 3. & 4. & 5. Quia hoc conuenit naturalibus, & est iuditium rationis, & est circunstantia fragilitatis, Seu aliorum accidentiũ. Et facit d. l. fi. tit. 8. par. 7. ibi eslacos. Et facit, quia quod de sene dicitur, id &, de valetudinario vt patet in d. l. inuiti la. 1. ff. de testi-

testibus.& ita arguit Iustus. Reuber. vbi supra n.118.& facit d. c. quamuis de sent. excomu. Et qui dicantur valetudinarij, & fragiles. Menoch. latè vbi supra cap.60.per totum.

13 Itē in rustico leuis metus sufficit, vt testatur Franciscus Marcus in decissio: Delphin.Parlament.2.p.decissio.377.n.3.

14 Item considerabit ansit persona quæ debeat alteri reuerentiam: quia leui metu terrebitur ab illo de quo latissimè dicemus infra in 4.capite pertotum.

RECAPITVLATIONES. §.6.

PROBABILIS dubitatio offensionis causat iustum metum. 1.
Etiam si non iustè timeatur. 2.
Et etiam si effectus non sit sequutus. 3.
Neq; est necesse expectare principium offensionis. 4.
Euaginatio gladij causat iustum metum. 5.
Etiam si non expectetur percutio. 6.
Visus armorum causat iustum metum. 7.
Etiam si habentes ea non vtantur eis & ea deponantur.
Si tamen arma ad illum effectum sint parata.
Cruciatus corporis inducit iustum metum. 8.
Amissio menbri inducit iustum mentum. 9.
Menbrum quod dicatur?
Digitus ansit membrum?
Barba ansit menbrum?
Mammilla ansit membrum?
Deus ansit membrum?
Locus non tutus in ducit iustum metum. 10.
Et quando sufficiat saluus conductus.
Carcer an inducat iustum metum? 11.
Index in iuste carcerans inducit iustum metum.
Carceratus quis dicatur?
Excommunicatio an inducat iustum metum? 12.
Inimicitia hominis potentis inducit iustum metum. 13.

Vel

Digitized by Google

Minae officialium inducunt iustum metum.
Minae quae sint sufficientes ad inducendum metum relinquitur arbitrio iudicis.
Terror inducit iustum metum. 40.
Metus illatus in vno contractu inducit iustũ metũ quo ad aliũ. 41.
Metus nequis ducatur ad iudicem an sit iustus? 42.
Metus an iustus sit timor litis mouendae, vel sibi, vel pereum?

§. 6. DE ACTIBVS INDVCENTIBVS metum iustum.

1 PRimo sufficit probabiliter dubitare de offensione. tex. in l. si quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad leg. Aquiliam. text. in l. habitatores, §. iterum, ff. locati. & ibi glo. verb. verè. & ibi cõmuniter scribentes super ea. tex. in l. hac stipulatione ff. de damno infect. tex. in l. interpositas, C. de transact. Inno. in c. si verò. de sent. excommun. n. 2. super. verb. inferentem. Bald. in cons. 364. vol. 3. n. 5. Ang. in §. ius gentium. instit. de iure natu. n. 9. Aret. in cons. 14. n. 18. Thomas. Gram. dec. 5. nu. 5. & in dec. 18. n. 16. Sylua nupt. lib. 2. n. 119. Alex. de Neuo. in cons. 12. n. 5. cum seq. Brun. in cons. 82. n. 5. vol. 1. Burgos de Paz in cons. 25. n. fi. Rebuff. in commentar. 2. to. in tract. de rescis. contract. gl. 12. n. 2. Et ad propositum multa exempla cõgerit Hypp. de Marsi. in l. 1. ff. 25. cum seq. & in l. pe. ff. de quęst. n. 15. cum seqq. idem Hipp. in sino. 325. per tot. & in practica. §. diligenter. n. 42 & Carrer. in sua practica. ti. de homicidio §. circa tertiu. per tot.
2 quod primò ampliatur, etiã si non iustè timeatur. l. rectè cum ibi notat. ff. isto tit. & Luc. de Pen. in l. si coloni. C. de agric. & censit. n. 22. Quem refert & sequitur Grãma. voto 10. n. 16. cum seq.
3 Ampliatur secundò etiam si effectus non sit sequutus. vt probat iura superius. n. 1. allegata, & gl. in c. bonae el 1. de electio. verb. metuebat. & gl. in c. ad audientiam isto ti. verb. causa. & Thom. Gram. d. n. 6. & And. Geil in tract. de pace publica lib. 1. c. 2. n. 6
4 Ampliatur tertiò q non sit necessarium q expectetur initiũ, seu effe-

Digitized by Google

effectus offensionis, vt patet in dd. iuribus alligatis supra. nu. 1. & tenet Philip. Francus. in c. fi. de appellatio. n. 9. & Andr. Geil vbi supra. n. 6. Et sic sufficit euaginatio ipsa gladij ad feriẽdum, licet ictus non sequatur tex. in c. 1. isto tit. tex. in l. sed & si quemcumq; ff. ad leg. Aquil. tex. in l. 2. tit. 8. p. 7. gl. fi. in l. 1. C. vnde vi in fin. Andr. Geil vbi sup. n. 3. & 6. Et sic non est necesse ꝙ expectetur percussio vt in d. c. 1. isto tit. vbi patet ꝙ illa mulier non fuit percussa gladio, sed solum cõminata gladio euaginato tex. in l. metũ. la 3. ff. isto tit. ibi: aliter atq. tex. in l. nouissimè, ff. quod falso tutore. ibi compulsus, aut metuens ne compelleretur. text. in d. l. partitæ. gl. d. verb. metuebat, & altera. gl. fin. & Inno. vbi suprà proximè. Bar. in l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. n. vnico. Alex. in cons. 98. vol. 3. cum seq. Pirrus in l. nihil consensui. ff. de reg. iur. vers. tertio Ang. de malef. verb. & dictus Titius se defendendo. n. 26. Carrer. vbi supra. Gram. d. dec. 5. n. 17. Xuarez in allegatio. 23. n. 3. & 4.

7 Et sic sufficit visus armorum licet habentes ea non vtantur eis, neq. ea euaginent. tex. in l. 3. §. qui armati. ff. de vi, & vi armata. Cuius verba sunt: qui armati venerunt (& si armis non sint vsi ad deijciendum) sed deiecerunt: armata vis facta esse videtur, sufficit enim terror armorũ, vt videatur armis deiecisse. vbi. gl. verb. armorum. allegat alia iura concordantia. gl. fi. in d. l. 1. C. vnde vi. & ibi. dd. Bar. in d. l. sed & si quemcumq;. ff. ad leg. Aquil. n. 2. Bal. in l. itaq; si seruum. n. 1. d. tit. ad leg. Aquil. quos refert & sequitur Ananias in c. si perfodiens. de homic. nu. 6. idẽ Bar. in tract. de quęstio. vers. dictum est supra, ꝙ ex confessione. Alex. in d. cons. 98. vol. 3. n. 3. Ias. in l. 2. C. de transact. n. 3. Soc. iun. in cons. 77. vol. 1. n. 36. & Mantica in suo tract. de coniectura ta ment. defuncti. lib. 2. ti. 7. n. 6. Quod ampliatur etiã si habens arma ea deponat vt gl. in d. §. qui armati. & ibi Ang. nu. 3. Quæ ampliatio est intelligenda si arma ad illum effectum sint parata tex. in d. l. 3. §. si quis autẽ visis. Cuius verba sunt: si quis autem visis armatis, qui alibi tendebant, metu hoc c eterritus profugerit, non videtur de ectus· quia non hoc animo fuerunt,

qui armati erant, sed aliò tendebāt. Proindè, & si cum armatos audisset venire metu decesserit de possessione: siue verum, siue falsum audisset, dicendum est, non esse eum armis deiectum, nisi possessio ab his fuerit occupata.

8 Item cruciatus corporis est iustus metus. tex. expres. in d. l. interpositas, C. de transact. l. 7. ti. 33. p. 7. l. si quidem Zenoni. C. de contrah. stip.

9 Item amissio membri est iustus metus tex. in d. l. partitę. Vnde opere pretium est videre quod dicatur membrum? Et dicitur illud quod in corpore nostro habet operationē distinctam, vt Philosophus lib. 4. metaphisicor. ad finē. ideò manus ad palpandum, pes ad ambulandum, oculus ad videndum, auris ad audiendum, nasus ad odorandū, os ad gustum. prout refert, & sequitur Ang. in authenti. sed nouo iure. C. de ser. fugitiuis, n. 2. vtrumq; refert, & sequitur Greg. Lopez in l. 18. tit. 14. p. 7. glo. 5. ad fi. (Ego autem non inueni Philosophum in illo loco quem Angel. citauit. sed in lib. 1. de partibus animalium. c. fi. vbi dicit: quapropter corpus etiam totum animæ gratia conditum est, & membra officiorum grā, cōstat, & numerum ad quæ singula accomodantur.) Tenet Bar. in l. publicorum, ff. de publ. iud. n. 13. dicit communē Plaza lib. 1. delicto. c. 25. n. 7. & Couarr. in cle. si furiosus. 3. p. in initio. n. 8. de homicidio. quos seqtur Iul. Clar. in sua pract. crimin. §. fi. q. 69. n. 3. Digitus non est membrū, sed est officium mēbri secūdum Ang. vbi supra per legem non sunt liberi. ff. de statu homi. & per l. idem Offilius, ff. de ædil. edict. & Bar. & dd. supra citat. sed quò ad nr̄am materiā metus abscissio seu truncatio digiti inducebit iustum metū licet non sit membrum: sed eo quia est cruciatus corporis, & crutiatus corporis inducit iustum metum, vt diximus in. n. supra proximo. & quia per truncationem, seu abscissionem digiti poterit totum corpus perire. & sic ista erit vna fallentia ad istum casum. alias sex fallentias recēset Fel. in c. cum illorum. de sent. excomm. à n. 4. vsq; ad 10. Barba an sit membrū ex Baldo non bene colligitur, quia est sibi contrarius, & distinguitur per Imolam, quem sequitur

Fel.

Digitized by Google

Fel.d.nu.10. Ego autem quo ad nr̃am materiam iudico de ea, quod dixi de digito. Mammilla in fœmina est membrun, non autẽ in viro vt Felin.abi supra n.11.licet Couar. vbi supra quo ad irregularitatem dubitet.qui casus multum differt ab isto.in quo ego iudico quod de digito dixi. Et idẽ ea ratione iudico de dente,licet secundum Feli.d.n.11.non sit membrum.

10 Item locus nõ tutus ob inimicos est iustus metus tex. in c. accedens.el.1.vt lit,non contestat.& ibi.dd.& Petrus Roiz in decissio. Litua.decis.4. nu.359.cum sequentibus in tantum ꝙ si est notorium nõ arctat citatum, neq; ad opponendum de non tuto accessu. tex.in cle.2.vers.notorium.de re iudicat.& ibi gl. verb. notorio.& ibi.Cardinal.n.1.vers.secũdo opponitur.& Ancharran.n.14.& Imola.n.10. Et an sufficiat saluus conductus ad excludendum hunc metum dicemus infra c.8.§.3.n.15?

11 Carcer inducit iustum metum,quando ob illum contractum faciendum fit incarceratio,secus si ob aliam causam tex.expres. sus.in l.qui in carcerem.ff.isto tit.Inno.in c. cæ locum. de sponsalib.n.2.Et ibi Anto.de But.n.11. & Cardinal.n.3. Et Abb.n. 9.Et Præposit.n.12.Matheus de Afflict.in decissio. Napolit. de decissio.246.n.fi.& Mantica.d.tract.de coniectur.ment.deffun. lib.2.tit.7.n.2. Areti.in cons.14.n.15. Alciat.in d.l.interposita. C.de trans.n.17.& Guid.in singular.840.n.1. & Franc. Mar.in decissio.Parla.Delphinal.2.p.dec.377.n.3.Coua.in 4.decretal. 2.p.c.3.§.4.nu.15.Rebuff.in cõmentar.2.tomo tract. de rescis. contract.glo.22.n.4. Fallit primo nr̃a conclusio si detrusio fuit iusta: quia tunc etiam si ob illum contractum faciendum sit carceratus bene valet contractus.tex.in l.si mulier.in prin.ff.isto ti. Præposit.in d.c.cum locum n.12. quod notare videtur Oldrad. in cons.7.n.1.& 2.& Areti.d.cons.14.nu.15.& Guido vbi supra n.2.Paris de Puteo in tract.sindicatus. vers.an si est facta cõpositio? n.5.fol.mihi 112. Ex quo infertur ꝙ iudex iuste carcerãs non infert metum quod tenet in termini glo. in c. cum dilectus. verb.metũ mortis.isto tit.& ibi Abb.n.11. & Oldrad.d.cons.7. per totum.Et Paris de Pu.vbi supra per totum illum versiculũ.

F 2 Fallit

Digitized by Google

Fallit secundo quando contractus fuit vtilis carcerato secundū dd. quos refert, & sequitur Iosep. Mascard. in tract. de probatio. conclu. 1055. n. 33. Et dicitur quis carceratus nō solum, qui est in ipso carcere publico, sed etiam qui de carcere ducitur in cameram cum custodibus vt Hipolit. de Mars. in cons. 125. vol. 2. n. 47. Et qui est positus in domo, seu alio loco sub custodia vt Guido vbi supra n. 3. Et is qui non potest ire quo vult vt Dec. in cons. 218. n. 5. & Franc. Mar. ia d. dec. 377. n. 1. & 2. Hipolit. d. cons. nu. 48. Et is qui sub fideiussoribus est relaxatus vt Guido vbi sup. n. 4. tex. expres. in l. necnon in prin. ff. ex quib. caus. maiores. quam. alegat glo. fi. in l. eaeem. eo ri. & Petrus Royz in deciss. Litun. dec. 4. n. 33. Ex quo infero, ꝙ etiam carceratus dicetur is, qui sub cautione iuratoria est relaxatus, cum iuramentū sit pro fideiussore, & metus periurij sit iustus metus vt dicimus infra n. 33. Infero secundo, ꝙ is qui in aliqua lite non habet libertatem proponendi suas defensiones assimilatur carcerato, & contractus factus ab eo iudicatur tamq̄ factus à carcerato ita arguit Crauetta in consil. 49. n. 6. volum. 1.

12 Excomunicatio an inducat iustum metū? est anceps pugna. nam tex. in c. olim. el. 3. de restit. spoliato. iuncta glo. verb. timore probant inducere iustū metū. & ex illo tex. id notat Socin. in c. olim. de lit. contesta. n. 68. in medio, hāc partē tenet Abb. in d. c. cū dilectus. isto tit. nu. 6. & Dec. in l. in oībus causis. ff. de regul. iur. nu. 6. Et Ioan. Botta in cons. 8. nu. 10. cum pluribus sequent. Sed contra tenet glo. in d. c. cū dilectus. verb. violentia. & Gofr. in sū. istius tit. n. 4. & Alciat. in d. l. interpositas. C. de transact. n. 16. Isthæc tamen controuersia fœdere distinctionis sedatur cōmuniter, ꝙ aut sentētia excomunicationis est iniuste lata, & tunc excuset, & inducat iustum metum, & ꝙ ita procedat prima opinio aut est iuste lata, & tunc non inducat iustum metum, & ꝙ ita procedat secūda opinio. Ita Archidia. in c. cum medicinalis. de sent. excomuni. lib. 6. n. 2. & ibi Gemini. n. 7. & Ioa. Andr. in d. c. cum dilectus quem ibi sequitur Anto. de Butrio n. 13. Et Zabarel. n. 3. vers. quæro circa hæc. Et tenet Riminal. in d. l. interpo-

terpositas n.2. Et Roma. in consf.369.nu.10. Alexand. de Neuo in consf.47.n.12. Et alij dd. quos refert, & sequitur Couar. in 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 4. n. 12. & Padilla in d. l. interpositas. n. 14. Quam primã partẽ huius distinctionis limitat Couarr. ibidem quando superior facillimè adiri potest, quia tunc non operabitur iustum metum. cui non assentio quia non est visin hoc.

13 Item inimicitia hominis potentis inducit iustum metũ vt Inno. in c. quod de his de sent. excomuni. n. 1. quem sequitur Bal. in consf.374. vol.3. Et quæ dicatur inimicitia, & ex quibus oriatur latè Anto. Blancus in tract. de inditijs n.91. cum mult. sequent. Et quæ dicatur persona potens, colliges ex his quæ diximus supra in §.1. huius capitis. vel ꝙ aduersarius habeat potentes aduocatos glo. in l. serui C. de adult. verb. metum.

14 Item amissio bonorum omnium inducit iustum metũ tex. in c.2. isto tit. Riminal. in d. l. interpositas C. de transact. n.2. & ibi Alciat. n.13. dicit hoc esse receptũ. Et ibi etiã Padilla n.14. Tenet hãc Areti. in consf.14. n.15. Et Brunus in consf.82. volu.1. n.7. Socin. Iun. in consf.77. vol.1. n.34. cum seq. & Leonard. in consil. 114. n.388. quod habetur inter consilia Bruni. d. vol. & Menoc. in consf.1. vol.1. n.280. & Petrus Roiz in decisio. Lituani. deciss. 3. n.318. Thomas Grammati. decis.5. n.10. Coua. vbi supra proximè n.18. & l.7. tit.33. par.7. ibi: *o de las otras cosas porque se podria amparar.* Et de autoritate, & valore bonorum vide tex. in prohemio concordat. & ibi Rebuffum. verb. res numaria. & verb. subnixa est.

15 Item amissio maioris partis bonorum tantum inducit iustum metum. tex. in l. proter litem. ff. de excusatio. tutor. tex. in c.1. de restit. spo. lib.6. Et dd. supra proximi indictis locis.

Item amissio instrumentorum bonorum omnium, vel maioris partis arg. tex. in l. isti quidem. §. sijs. ff. isto tit. & ibi not. Bal. n.1. quem seq. Palat. Rub. de reten. reg. Naua. 3. par. §. 1.

16 Item timor lucri amittendi inducit iustum metum vt Ioan. And. in d. c. cum dilectus. isto tit. & ibi Anto. de But. nu.14 fi. Et Cyn. in d. l. interpositas C. de trãsact. n.1. & ibi Bal. n.8. & Satic.

n.5.

Digitized by Google

n.5. Quos refert, & sequitur Anto.Blan.in d.tract. de indicis. n. 128.in fi.& Ruin.in cōs.121.n.10.Ceph.in cōs.295.vol.2.n.17.

17 Item esse in potestate hostium inducit iustum metum cle. pastoralis de re iudi.Bal.in cons.364.vol.3.n.5. Quod fallit respectu contractus facti inter eum, & dominum super libertate, quia tenetur adimplere illum vt dico infra c.8.§.1.n.12.

18 Item iussus iudicis inducit iustum metum tex.in l.quanquam ff.de aqua plu.arcend.l.si stipulatus.§.si lancem.ff.de Solutio.l. si pecunia.§.1.ff.de reb.eorum qui subtut. Facit l. non videntur.§.qui iussu.ff.de regul.iur. Et c.quod quis mādato.eo tit.lib. 6. Decius in d.l.in omnibus causis.ff.de regul.iur. Quæ adducit Andre.Geil in suis pract.obseruatio.lib.2.obseruatio.102.n.11. Et ideò isthæc exceptio iussus iudicis potest allegari cōtra executionem, & liberabitur metum passus vt testatur Auendan. in l.3.& 4.titu.de las exceptiones n.32. vbi allegationes adducit. cui adde Anchar.in cle.1.de excess.prælato.n.3.& Guid.Pap.in singular.651.n.fi.& Rui.cons.147.n. vol.1.& in cons.150. eo vol.n. & Ioan.Botta qui plura adducit in cons.8.n.3.cū plurib.seq.& Did.Perez in l.4.ti.17.lib.8.ordin.verb.ni deudores.

19 Item præceptum domini, vel cuiuslibet superioris inducit iustum metū vt Angel.in cons.379.per totū Alex.in cons.16. vol. 3.n.9. Hiero.Gratt.in cons.5.n.26.vol.1.Leonar.in d.cons.114. n.386. quod habetur inter consilia Bruni: vol.1. Maximè si tale præceptum sit pęnale vt Socin.in cons.27.vol.3.n.13.

20 Item iussus principis inducit iustum metum vt glo. in c.conuenior.23.q.8.verb.morere.quā sequuntur Rimin. in d.l.interpositas.C.de transact.n.2.& ibi Alci.n.17. Et Dec. in cons.218. n.2. reprobato Ioseph.Mascar.& alijs (quos refert, & sequitur) in tract.de probatio.pri.par.conclusio.193.n.8.

21 Item vultus terribilis, & iratus cuiuslibet superioris inducit iustum metum tex.in c.1.de off.delegat.ibi: minis, ac terroribus Ioan.Andr.in.c.quia proter de electio.in nouell.decretal.n. quem refert, & sequitur Bal.in c.1.§.iniuria.n.17.de pace iurament.firman.Bar.in tract.de questio.vers.dictum est supra, q̄ ex

con-

Digitized by Google

confessione.Dec.in d.c.1.n.10.& alij.dd. quos refert, & sequitur Crauet.in cons.49.vol.1.n.3.& Alcia.in d.l.interpositas nu. 19. Vultus enim à mente fingitur,vt Cicer.in Tuscul.qq.lib.3. n.55. Et est imago animi,vt Cicer.de orato.n.33. Et ansit necesse,ꝙ talis superior sit solitus sæuire controuertitur à dd. nam Abb.in d.c.1.de off.delega.n.3.& Dec.ibi n.12.volunt:ꝙ sit sęuire.sed Afflict.in dec.69.n.5.& 6.Et Ber.Bōbi,in cons.49.n.11. & 12.tenet,ꝙ non sit necesse,ꝙ sit solitus sæuire.Quibus vltimis ego assentior per ea quæ dixi supra in.§.1. istius capitis.n.2. Et per ea quæ dixi in princip.huius.§.n.1. Et per tex.in cle.2. vers. notorium.de reiudicat.& ibi Card.n.1. vers.opponitur vbi potentia nocendi induxit iustum metum respectu superioris,& per prouerbium Hispanum: *de el agua mansa me guarde Dios,&c.* Et quia tex.in d.c.1.id nō dixit.& cum lex non distinguat,nec nos distinguere debemus,sed in distincte debet intelligi tex.in l.prętor ait quæ est.20.§.ait prætor.ff. de noui oper.nunt.l.de pretio. ff.de publi.glo.in c.2.de coniug.lepro.verb.generali.Tiraquel. in prin.l.si vnq̄.C.de reuocand.donatio.n.66.

22 Item vociferatio superioris inducit iustum metum.tex.in l.3. ibi: aut verborum terrore & l.fi.§.si iusto metu.ff.isto tit. Vultus enim secundum vocem plurimum potest vt Cic. de orato.n. 33.& vocis mutationes totidem sunt,quot animorum, qui maximè voce mouentur vt Cicer.ibidem nu.30. Etiam si superior non sit solitus sæuire vt diximus in casu superiori.

23 Item pręces cuiuslibet superioris inducunt iustum metū tex. in l.fi.C.istò ti.gl.in l.1.in prin.ff.quod iussu. verb. quemadmodum.gl.in l.1.C.si rector Prouintiæ verb.pignora ibi: vel blanditiam.glo.in cle.1.de restit.in integ.verb.optimū.Bar.in tract. de Tyran.n.21.quem refert,& sequitur Maurit.in tract. de resti in integ.c.277.n.14.Afflict.in dec.69.n.5.Hiero.grat.in cons.5. n.26.vol.1.Leorn.in cons.114.n.386.quod habetur inter cons. Bruni vol.1.Iass.in cons.133.n.8.vol.4.Socin.in cons.263.nu.8: Neuizan.in cons.22.Tiraq.in tract.de pœnis temper.causa.35. per totam.& alij quos allegat Caldas Pereira in l. si curatorem

habens

habens.C.de in integ.restit.verb.læsis.nu.40.ad fin.vers.quinimo & iustum & Rebuf.in cōcordat.Rub.de collatio.verb.volumus.Senat.Pedemont.dec.179.n.4.Crauet.in cons.10.vol.1.n.17.Burgos de Paz in cons.25.n.72. Et Cicer.in Epistola incipienti tuas lib.9.dicit: Principū præces cum necessitate,viq; cōiunctas esse. Et Prouerbium: Cogit rogando,qui rogat potentior. Quæ adducit Erasmus in chiliadibus prouerb. preces armatæ Quod secundum aliquos dd. est intelligendum, quando is qui rogat solet sæuire in eos,quos nō exorauit vt testatur Zabarella in c.insinuāte qui cleri.vel vouent.n.4.vers.oppono tertiò,& ibi Ioan. Andre.& Anto.de But.n.7. & Abb.n.8. & Præposit.n.8.idem Abb.it c.cum inter de elect.n.8.& in c.cum dilectus isto tit.n.8.Feli.in d.c.1.de off.delegat.n.2. Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi Prætori.ff.de noui oper.nunt.nu.14.Alex. in cons.16.vol.3.n.9.Et Afflict.in dec.69.n.5.Et Soci.in cons.27.vol.3.n.12.Et Alcia.in d.l.interpositas.C. de trans.n.18. & Rolan.Valle in cons 83.vol.3.n.25.& alij dd.quos refert,& sequitur Iosep.Mascar.in tract.de probatio. concl.193. per totā maximè n.8. a quibus ego discedo: quia plusq̄ manifestū est,ꝗ is qui rogat si non obtinet,manet ita affectus,& ita percitus, ac si iniuriatus esset,& sufficit probabiliter dubitare de offensione vt diximus in principio istius.§.ergo necessario est simpliciter. intelligenda nr̄a decisio sine ista limitatione Sed si voluerit quis prædictos dd. sequi debet aduertere ꝗ eorum opinio fallit primo in hoc,quod non dicetur talis voluntas libera, neq; absoluta,etiam si non soleat sæuire vt testatur Afflict. vbi supra nu.6. Quod est notandum ad casus requirentes liberam voluntatem Fallit secundò in Tyranno: quia sufficiunt eius preces, etiamsi non sit solitus sæuire ob id vt Afflict.d.dec.69.n.5. Quem sequitur Rolan.valle in d.cons.83.vol,3.n.27.& Mascar.vbi supra n.4. Et Quomodo sæuitia probetur diximus supra in §.4. huius capitis.n.4 Et in spetie ꝗ preces mariti inducant iustum metū vxori tenet Iasso.in.§.quadrupli.instit.de actio.n.66.& Afflict. d.dec.69.n.4.quem refert & sequitur Bombin.d.cons.49.n.10.

Et

Et in filijs, & seruis testatur Baldus in. §. item sacramenta de pace iura.firmand.n.7.& Bombin.in d. consi.49.n.5.

24 Item importunitas in ducit iustum metũ,quia importunitas, & metus æquiparantur vt Lucas de Penna in l.prædia.C.de locat.præd.lib.11.n.25.idem in Rubri.de auro coro.lib.10.n.fi.& dd.quos allegat Crauet.in consi.10.nu.17. vol.1.& Mascard.d. concl.193.n.fi.& facit l.16.ti.10.lib.5.Recopilat.ibi.è inportunacion.& ibi Matient.glo.6. per totam. Et pono exemplum in testamenti factione:quia præsumitur metu factum, si factum sit ob importunitatem,& persuasionem multorũ.ita Tiber. Decia. in consi.65.n.2.vol.1.quem sequitur Mantica d.tract de coniectur.ment.defunct.lib.2.c.7.n.4.

25 Item cathenæ inducunt iustum metũ l.quę neq; sequantur ff. de verbor.signif.l.1.C.de custo reor.Bal. in cõs.364.vol.3.n.5.

26 Item metus famæ,seu honoris inducit iustum metum (nõ tamen intelligas de fama,de qua loquitur tex. in l.nec timoré. ff. isto tit.sed de illa fama,quem honoré vocamus (tex. in l. iusta. ff.de manumis.vin.Et in l.isti quidem.ff.isto tit.& in l.12.ti.18. par.2.& in l.7.tit.33.par.7.& Alcia.in d.l.interpositas.C.de trã sact.n.14.& ibi Padilla.n.14.Thom.Gram.dec.5.nu.9. & 10.& Crauet.in consi.49.vol.1.n.7.facit Prouerbium metus infamię de quo Erasmus in suis chiliadibus. Præponderat enim vitæ, vt patet in Lucretia,quæ metu mortis non potuit flecti ad adulterium,& tandem succubuit metu famæ vt refert Titus Liuius in lib.1.Decad.1.ad fin.& Ouidius.2.phastorum. succubuit famæ victa puella metu Et faciunt ea,quæ adducit Anto Blan.in tract.de inditijs n.110.cum sequent.& Iulius Clar.in lib.5. sentent.§.homicidium.n.26.

27 Item metus verecundiæ,ne per ora hominum traducatur, est iustus metus tex.in l.fi.§.1.ff.isto tit.glo.in l.nec timorem.eo ti. verb.infamiæ,& Alcia.in d.l.interpositas.C.de transact.nu.15. vbi dicit hoc obtinere ex iudicis offitio.

28 Item denudatio inducit iustum metum tam in viro honesto Bar.in.d.l.interpositas.C.de transf.n.5.& Sarmiento in lib.2. se-

lect.c.11.n.6.q̃ in fęmina vt Tiraq.de legib.cõnubial.l.4.n.11.

30 Item locus pestis in ducit iustũ metũ, & in omnibus excusat vt Ripa in tract. de peste.3.par.secũdæ partis in prin. & Petrus Roiz in dec.4.n.369. cum sequentibus, in decissionibus Lituanicis & Luduui.à Peguera in dec.criminal.dec.8.nu.5.

31 Item metus status est iustus tex.in l. ego puto. & in l.isti quidem.vers.sijs.ff.isto tit.

32 Item metus amissionis officiorum tabellionatus, & similium est iustus metus vt Ceph.in consl.295.per totum vol.2.

33 Item metus periurij est iustus tex. in c.debitores de iureiur. iuncta glo.verb.cogendi sunt.

34 Itẽ est iustus metus ĩ vassallo alterũ dñm recognoscere. Hier. Grat.in consl.51.vol.1.n.17.& ideo nõ potest inuitus alienari vt latè Euerard.intopicis le galib.c. à liberto ad vassallũ.n.3.& 4.

35 Item incendium alterius domus inducit iustum metũ,vt possit domus media destrui tex.in l. si quis fumo. §. 1.ff. ad leg. Aquil.l.12.titu.15.par.7.

42 Itẽ vis ventorum est iusta causa rũpendi funes alterius nauis ad suã conseruandã l. quemadmodũ.§.itẽ labeo.ff. ad l.Aquil.

37 Item periculum suarum mertium est iustus metus, vt quis alienas mercis proijciat in mare l. siquis seruandarum. ff. de præscriptis verb.

38 Item statutũ inducit iustũ metũ allegat multos doctores Fel. in c.1.de off.delegat.n.2.vers.& in quantũ Abb.& Philip.Fran. inc.fi.de appellatio. n.4.vers.tertiò potest vbi dicit:ꝙ tũc debet fieri protestatio (quod ego nõ credo) & ibi Dec. n. 24. & præposit.n.4. Etiam sine iussu iudicis vt dico infra.c.4.§.1.n.5. ibi: confirmo etiam rationibus.

39 Minæ an inducant iustũ metũ? causat dubiũ l.metũ.C.isto ti. ibi.non iactationibus. vbi dd. ex notãt, ꝙ ex solis minis nisi deueniatur ad actum non probatur metus ex facto inferentis Sed tandẽ in hoc puncto doctores resoluunt: quod minæ inducant iustũ metũ tribus concurrentibus. Primũ quod periculum comminatũ sit magnũ: Puta de persona, vel debonis. Secundũ, quod perso-

Digitized by Google

persona minans verisimiliter possit damnum inferre cui resisti non possit. Tertium ꝙ minans sit solitus minas exequi. ita dicit Egid. in cõs. 9. col. 5. quẽ refert, & sequi. Craue. in cõs. 49. vol. 1. n. 1. Vtrũq; refert, & sequitur Rolan. val. in cõs. 83. vol. 2. n. 28. At gl. in l. 3. ff. ex quib. caus. maior. verb. quolibet simpliciter, & indistinctè tenet, ꝙ sufficiant minæ. Cui ego accedo ꝑ ea, quę dixi sup. in. §. 1. istius c. n. 1. & 2. & ꝑ tex. expres. in d. c. 1. de off. delegat. ibi: minis, ac terrorib. & ꝑ tex. expre. in l. si donationis. C. ist. ti. ibi: capitales minas. & ita ĩ capitalibus minis tenet Mant. in d. suo tract. de coniect. vlt. volun. lib. 2. ti. 7. n. 6. Neq; obstat, quod notãt. dd. ex l. vnic. C. si quis Imperat. maledix. ꝙ pẽsandę sunt minæ ex personis hominum, prout ibi notat Cyn. & Bar. & idem Bar. in d. l. metum. n. 1. & ibi Bal. n. 1. quia perperam inferunt de decisione illius textus ad nostrã materiam: quia ibi textus dicit ꝙ pensanda sunt verba ex personis hominum non quo ad hoc an possit vel non possit minas exequi, sed quo ad hoc, an protulerit verba contra principem causa iniurandi eum, vel alia de causa, vt ex leuitate, aut ex insania prout ipse textus exẽplificat. & sic non potest de hoc fieri illatio ad materiam metus. ex qua resolutione, & opinione mea infero ꝙ minæ inducant præsumptionem (si factum est sequutum) ꝙ minans illud fecerit. ita, ꝙ si probetur, ꝙ minans consueuit minas exequi: ni mãdare condẽnetur. & si non probetur illa cõsuetudo tormentis subijciatur. quod in spetie ita tenet Speculator. in tit. de prӕsumptio. §. 2. n. 7. quem refert, & sequitur Cyn. in d. l. vnica. C. si quis Imperatori maledix. & tenet ibi Bal. n. 2. & Angel. idem Bal. in d. l. metum. C. isto tit. n. 2. & ibi Alex. n. 3. & dicit cõmunem plures allegans Anto. Blan. in tract. de inditijs nu. 183. (de quo videte Hipolit. de Marsil. in cons. 72. vol. 1. per totũ. & Iuliũ Clarum in sua pract. criminal. §. fi. q. 21. n. 37. vbi alios allegat tam Hispanos, q̃ extraneos) & Ioan. Plotus. in tracta. de inlitem iuran. §. 53. n. 10. Sed tamen àb hac opinione discedit Franc. Caslenus in tract. de inditijs, & tormẽtis. n. 17. & 18. maximè quãdo minatus habet plures inimicos, ac etiã quia plures sunt causæ, quæ

inducunt homines ad malefitia vltra inimicitiam. Quę rationes multum stringũt cõmunem opinionẽ, & sic eius opinio est multum attendenda in actu practico quantumcumq; polleat communis opinio: quia ego sciui de quodam homine, qui habebat quẽdam inimicũ occultũ, & fuit minatus ab alio, & tunc iste inimicus occultus se vindicauit, eo quia præsumptio facinoris erat sumenda contra illum minantẽ nouiorẽ. quod conuenit primæ rationi Franc. Cassoni. & discedit in casu minatæ vindictæ Palat. Rub. in Rep. Rub. de donat. inter, vir. & vxor. §. 7. n. 8. dicendo; ꝙ tunc intelligitur de vindicta iudiciali. vbi allegat multos dd. quos dicit id tenere pro quibus facit l. merito. §. prosocio. quæ disponit, ꝙ in dubio non est præsumendũ delictũ sed tamẽ contrarium est tenendũ: quia dd. quos allegat id non tenent, & ideò eius opinio est intelligenda quãdo minans id protestatur expressè neq; obstat d. l. merito. quia factum præponderat præsumptioni legis, & eam excludit neq; obstat ꝙ verbũ vlcisci intellegatur iudicialiter: quia illud procedit quando profertur à lege sed non quãdo profertur ab homine. & in facti contin gẽtia Marc. Mant. in singul. 305. dicit, hoc esse relinquẽdum arbitrio iudicis. Infero etiam, ꝙ minæ illatæ per maritum vxori ante testamentum vitiat testamentum. quod in spetie tenet Inno. in c. causam matrimonij. de off. delegat. & Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarum rer. actio non det. n. fi. quos refert, & sequitur Bal. in l. 1. C. si quis aliq. testa. prohib. n. 16. Infero tertiò ꝙ minæ. officialium inducunt iustum metum tex. in l. 1. C. si quacũq; prędit. potest ibi: minacẽ. & ibi notat Bal. n. 2. Et quę minę suffi ciãt, arbitrio iudicis relinquitur ꝑ tex. in l. hæc autẽ satis datio ff. si cui plusq̃ per leg. Falc. Qui arbitrabitur secundũ prædicta.

40 Terror etiam inducit iustum metũ tex. in c. 1. de off. delegat. ibi: minis ac terroribus & probatur à fortiori, nam si minæ sufficiunt, à fortiori terrores Cum minæ consistant in verbis, terror in factis vt Ant. de But. in d. c. 1. n. 5. & ibi Imola. n. & Dec. n. 10. Tenet etiam Rimin. in l. interpositas. C. de transactio. n. 2.

41 Item metus illatus in vno contractu est sufficiens ad inducẽdum

dum metum quo ad alterum vt probo infra c.10.§.2.n.3.
42 Et an sit metus iustus, ne quis ducatur ad iudicium ? vidētur iura contrariari.l.fi.§.si iusto metu ff.isto tit.& l.serui C.de adul te.disponunt,ꝙ est iustus metus.& ibi Bar. at.l.2.C. de transact. & l.acusationi.C.isto tit.& l.siquidē Zenoni.C.de contrahend. com.stipul.& l.33.tit.14.par.5.in fi.disponunt: quòd transactio facta nelis sibi moueatur non rescinditur. Sed si esset iustus metus rescinderetur. Quæ contradictio ne detur correctio illi.§.si iusto metu.& legi.codicis hac distinctione cōcordabitur: quòd ille.§.loquitur quando vinctus est ducendus quis ad iudicium, & sic dicit: ne quis ducatur vinctus &c. Nam vt.S.isto.§. diximus n.8.& 25.quilibet cruciatus corporis. & cathenæ inducunt iustum metum & d.l.serui in criminalibus.dicta lex.2. & consortes loquuntur solum modo quando lis mouenda est ciuilis, vel non est ducendus vinctus ad iudicium. & in specie ꝙ metus litis criminalis sit iustus, ita ꝙ fuga propter eius timorem non inducat inditium adducit Hipolit.in sua pract.§.diligenter.n.41.cū sequentibus. Et sic, etiā si metus litis allegetur non obtinebit, sed debet allegari calumnia, quæ si probetur quod actū est, nō valebit vt d.l.partitæ.& glo.d.l.2.verb.nulla.& ibi Padilla.n.2. in fi.& Gregor. Lopez in d.l. partitæ in glo.7. & tunc per tit.de condictio.indebiti vt tex.in l.in summa ff.de cōdi.indebi.& tex. in d. l.par.& gl.vnic.in d.l.acusationis.& ibi Paul.n.1. & Bosuis in tract.de plurib.violent.nu.111.qui ambo benè loquuntur de hac re. Vel per edictum de calumniatoribus, vt dicit glo.in d.l. si quidem.verb.prætextu. Ex qua decisione duo infero. Primū confirmationem ad casum controuersum pro declaratione Cle. 1.in fi.de concessio.præbend.alicui fuit concessum beneficiū vacaturum dum tamen illud acceptet intra mensem à die vacationis notitia, vacauit quoddam beneficium sed erat ab alio occupatum, & iste timens litem cum occupante non aceptauit illud an post mensem possit acceptare illud ? & dicunt. dd. quòd nō, quos refert, & sequitur Feli.in c.in nostra.de rescript.n.34.vers. decimo nota Est tamen in hoc aduertendum quòd manet salua

ua gratia ad aliud vaccaturum aceptandum non propter metũ litis, sed quia non tenetur aceptare nisi beneficiũ vacans de iure,& de facto vt Rota in decisio 51. in tit. de concessio. præbend. in antiquis quam refert Feli. vbi supra. Secundum quod est fugiendum à Ripa in l. 1. §. sublata. n. fi. ff. ad Trebel. notantem ex illo textu ꝙ timor litium est iustus metus quia ibi sinè metu potest repudiare vt ibi glo. verb. litum vel intellige ut supra.

RECAPITVLATIONES. §. 7.

IVDEX ex multis circunstantijs arbitrabitur metum. 1.
Locus arguit metum. 2.
Loco securo debet quis potiri.
Et eius consanguinei.
Et familiares in simul.
Locus non patitur plenius deliberandi consilium. 3.
Argumentum de persona ad locum procedit. 4.
Loci habere rationem iudicis in est officio. 5.
Tempus causare metum potest. 6.
Tempus non patitur plenius deliberandi consilium. 7.
Temporis habere rationem iudicis off. inest. 8.
Argumentum de loco, ad tempus procedit. 9.
Argumentum de persona, ad tempus procedit. 10.
Causa arguit metum. 11.
Fallit quando quis sibi metum intulit. 12.
Alexander reprobatur. 13.
Modus arguit metum. 14.
Absentia consanguineorum, vel amicorum arguit metum. 15.
Insolita arguunt metum. 16.
Indebiti prastatio arguit metum. 17.
Stultitia arguit metum. 18.
Ex pracedentibus arguitur metus ad prasentia. 19.
A praterito arguitur metus ad prasentia. 20.
Ex sequentibus arguitur metus ad pracedentia. 21.

A pra-

Digitized by Google

A praesenti arguitur metus ad praeteritum. 22.
A verisimili arguitur metus. 23.
Ab euentu sequuto arguitur metus. 24
Ex facto arbitrabitur metus. 25.
Ex persona arguitur metus. 26.
Quando alicui erepta est facultas vtendi iuribus suis arguitur metus. 27.

§.7. DE ALIIS CIRCVNSTANTIIS ex quibus arguitur metus.

1 ALIÆ autem circunstantiæ ponderari debent, per quas iudex poterit arbitrari metum. vt Gaspar Calderi. in cons.1. isto ti.n.2. uers. secundò quod. Et Alex. de Neuo in cons.12.n.7. Et Anchar. in cons.299. per totum. Et Boss. in tract. de plurib. uiolent. n.81. Et Mantic. de coniect. ultimar. uolunt. lib.2. tit.7.n.6. in fi. Quæ summantur ex loco, ex tẽpore, ex modò, & ex multis alijs quæ suppeditabunt iudici arbitriũ,
2 ut ex sequentibus apparebit. Ex loco arguitur, & arbitrabitur metus debet enim quis potiri loco securo tex. express. in c. cum locum de sponsalib. & ibi Abb.n.4. per quem tex. facit hanc regulam Augusti. Beroi in quæstionibus suis. q.54.n.2. Et non solũ ipse, sed eius consanguinei, & familiares in simul tex. expres. in cle.2. uers. notorium de reiudicat. & ibi glo. uerb. suos. & ibi Cardinal.n.1. Et Imola.n.12. Et Franc. Marcus in decisio. Parlament. Delphinal.2. par. dec.67.n.fi. Ideò si quis citatur ad ciuitatem; seu locum, à quo odio capitali prosequitur, iustè timet. per d. uers. notorium. & latius diximus in. §. supra proximo n.10. Vel si intra domum alicuius detineatur, & non habeat potestatem exeundi illam l. qui cętu. ff. ad leg. Iul. de ui publi. ibi: inclu serit, obsederit, Et Bal. in cõs.364. uol.3.n.5. Alex. in cõs.98. uol. 3.n.6. & cons.48. uol.4. Et Sylua nuptial. lib.2.n.119. & Boss. in d. tract. de plurib. uiolent.n.78. & 84. & peralia Iura, & dd. quos refert, & sequitur Iosep. Mascar. in tract. de probatio.2. par. cõ-

clusio.1055.nu.45. Vel si est in solitudine vt patet in c.1. istius tit.ibi ad quandam Syluam. Et facit à contrario tex. in l. non est verisimile.ff.isto tit.vbi præsumitur voluntarie fecisse qui in ciuitate se compulsum conquæritur. Ergò si in solitudine præsumitur compulsio. Quod expresse cõprobatur Deuterono.c.22. vbi disponitur,ꝙ puella quæ cõcubuit in ciuitate puniatur: quoniã præsumitur non clamasse,& quæ stuprata fuit in agro, ꝙ nõ puniatur: quoniã præsumitur,ꝙ clamauit, & ꝙ nullus affuit. Locus enim coegit Dauidẽ ad simulandã stultitiã in Regno Achis vt patet.1.Regum cap.21. Locus enim ponderatur à Bart. (in tract. de qq. vers. dictum est ꝙ ex confessione in tormentis) ad hoc vt dicatur quis metu confessum fuisse.Quia si positus in loco tormentorum (terretur à iudice, ꝙ confiteatur, alias ponet eum in tormentis) confitetur: dicitur confiteri metu tormentorum, secus si extra locum tormentorum id fiat. Facit,quia locus non patitur plenius deliberandi consilium tex.in l. vtilitatẽ
4 in prin.ff.de exercitoria action.& ibi id notat Alberic.n.2.Facit quia procedit argumentum de persona ad locũ, vt videre est in Euerar.in suis topicis legalib. c. à persona ad locũ si igitur persona est sufficiens ad metum inferendum,vt ostẽdimus supra in. §.1.huius capitis.ergò etiam & locus Facit,& prouerbiũ: Gallus in suo sterquilinio plurimũ potest quod adducit Erasmus in suis Chiliadihus,ad significandum ꝙ in alieno loco timidiores sumus omnes. & ꝙ in suo quisq; Regno ferocior, & animosior est.Ex quo deducitur optima theorica ad praxim pro vxoribus & filijs familias,& pro famulis, & seruis, ꝙ maritus, seu pater, seu dominus poterit in eos sęuire domi vbi nemo poterit eis adesse,neq; ad fauorẽ,neq; ad testificandũ,quod inferius magis. cõprobabimus in c.10.§.3.n.10. Et sic à lege iudicis officio in est rationem habere loci.tex.in l.si vt certo.in prin.ff.cõmodati & Cuyacius ad Aphrican.tract.3.vers.secunda hæc est.
6 Ex tempore etiam potest arbitrari metus: nam multa tẽpus cogit facere,quæ non fierent.tex.in c. baptizari.5.distinctio.l. Diuus Pius & l.si homini ff.de petitio. hæredi.l.1. in fi.ff. de ferijs.

rijs.l.omnes iudices.C.de ferijs l.vbi adhuc. C. de iure dotium textus etiam in c.si quæstiones.de simonia.vbi tēpus consideratur ad iudicandum, an donū sit simoniacū,vel non. Probantq; hoc prouerbia Hispana. *Callo por el tiempo en que me hallo. Y quando fueres yunque sufre, que quando fueres maço heriras. Y qual el tiempo tal el tiento.* Facit ꝙ tempus nō patitur plenius deliberandi consilium.tex.in c.pōderet.50. distinct.& in l.ad vtilitatē.ff.de exercit.actio. Facit quia à lege iudicis officio inest habere rationē,nō tantū loci,sed etiam temporis.tex.in d.l. si vt
9 certo in prin.ff.cōmodat.& Cuyacius vbi sup. n.5. Facit quia procedit argumentum de loco,ad tempus tex.in l.nemo potest. ff.de legat.1.& ibi notat Ioan.Guttierez.n.179 cū sequent. vbi allegat.si ergò locus est sufficiens ad inducendum metum, vt su-
10 pra proximè ostensum est,ita etiam & tempus. Facit etiā:quia procedit argumentū de persona ad tēpus, vt est videre in Euerard.in suis topicis legalib.c.à persona ad tempus si ergò persona est sufficiens ad inducendum metū, vt ostēdimus supra in §. 4.huius capitis,erit etiam,& idem in tempore.
11 Ex causa etiam potest arbitrari metus:vt puta quando nulla interuenit causa,vel si interuenit,non est iusta, vel saltem nō necessaria,& sic resultat enormi,seu enormissima læsio in cōtractu,quia tunc præsumitur metu factus: cum nemo præsumatur velle iactare suū.per tex.in c.solicite.de restit.spoliat.& dd.quos
12 allegat Crauet.in cons.49.vol.1.n.4. Quod fallit, quando quis sibi causam metus intulit:tex.in l.mulier.in prin.ff.isto tit.& gl. vnic.in c.2.isto tit.& ibi dd.Hostien.in verb.quæ metu. & Ant. de But.n.11.& Zabarel.n.1.in 2.opposit.& Abb.nu.7.& 8. Ex quo infero reprobationem ad Alex.in cons.98.vol.3.nu.4.& 5. dicentem ꝙ si quis fuit deprehensus in adulterio,vel in alio flagitio,vel intulit alicui aliquam iniuriam,vel offensam, & timet posse offendi,& nè offendatur se obligauit ad aliquid, ꝙ est iustus metus vt posset contrauenire:quia loquutus est contra prędictum textum expressum.Et etiam contra tex.in l.1.ff.de bonis eorum. Et contra legem transigere.C.de transactio. sed si talis

contractus infereretur propter talem metũ esset illudere dispositionem prædictorum iurium. tum etiam quia esset dare materiã delinquendi, quod iura abhorrent, vt in prohemio digestorũ.§.illud. Et l.1.§.maxima.ff.nautæ caup. & stabular. & l.2.C. de indict.viduit.tollen.& autent.ad hoc.§.ille autem.C.de lati. libert.tollend.

14 Ex modo etiã arbitrabitur metus: veluti si barbitonsor habens nouaculã circa gutur illius, quẽ tõdit, petat aliquid a beo. Vel sicut fecit Rex Alphõsus Rex Hispaniæ cum Rege Saraceno Tolletano, quẽ inuitauit ad prandiũ in suis tentorijs, & inter epulandũ fecit armari quingentos milites, qui Regale tentoriũ circũdederunt. quibus visis Rex Tolleti paucns liberauit Regẽ Alphonsum à iuramẽto antea præstito. vt fertur in Chronicis Hispanis, & in Valeriana. par.4.c.58. Vel sicut ille qui cũ armatis hominibus vadit ad iuditium: vt ipse qui cũ eo litigat, vel testes, vel aduocati cõtrarij, vel ipse iudex formident. vt dicit tex. in l.qui dolo malo.ff. ad legem Iul. de vi publi. & cle.2. vers.notoriũ de reiudicat.& l.6.tit.10.par.7. Vel sicut collectores iuriũ Regalium plus debito extorquentes, vel noua iura extorquentes: quia tali casu dicuntur vim armatã cõmittere l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publican. & vectigal.l.vniuersi.C.de vectigalib.l.fi.C.noua vectigal.inst.non pos.l.5.tit.10.p.7.

15 Item ex absentia consanguineorum arbitrabitur metus. Et ex absentia amicorum. quod patet à cotrario sensu: Nam si præsentia consanguineorum, vel amicorũ tollit metũ (vt dicit tex. in l.transactionẽ.C.de transactio: & Bar.in l.frater à fratre.ff.de condictio.in debit.n.51. Et Bal.in l.1.C.siquis aliquẽ testa. prohibul.n.8.& Angel.in d.l.transact.n.11.& ibi dd. idem Angel.in §.quadrupli.inst.de actio.n.14.& ibi Iass. n.63. idem Angel. in conf.215.n.1.Aret.in conf.24.n.8.vbi alios dd.allegat. Cepol. in cautel.221.n.4.& 8.Hipol.in singul.417.n.1.Menoc.in conf. 1.n.290.vol.1. Crauet.in concil.114. vol.1.n.3.) optimè sequitur ꝙ absentia eorum reddet quem timidiorẽ. ita arguit & tenet Andr.Syculus Barbat.in c.causã matrimonij de officio.delega. n.9.

Digitized by Google

n.9.& tenet Boss.in suis tract.tit.de plurib.violent.n.92.

16 Item ex insolitis pactionibus,seu iuramẽtis arbitrabitur metus.Aret.in cons.14.n.16.& alij dd.quos refert, & sequitur Albertus Brun.in cons.127.consideratio.10.in fi.vol.2.& Euerar. in cons.19.n.17.

17 Item ex indebito arbitrabitur metus,vt ex præstatione seruitiorum indebitorũ,vt Innoc.in c. si diligenti. de præscriptio.n. 5.Et Ioan.Andre.quem refert,& sequitur.glo. in.c.1.§. pactiones.de pace Constantiæ verb.pactiones.& ibi Bal.n.1.quem refert,& sequitur Aret.in d.cons.14.n.16.& Iasl.in d.§.quadrupl. in fi.de actio.n.69.& Albert.Brun.in cons.182.vol.2. in prin.& Francis.Marcus in decis. Parla.Delphinal.2.par.decis.377.n.fi. Et Mieres qui alios refert in suo tract.maiorat.par.4.quæst.20. n.10.& Ioan.Gart.in tract.de expens. cap.9. n.3.

18 Itẽ ex præsumpta stultitia arbitrabitur metus,vtpotè si quod vni debebat quis,alteri soluere promisserit vt Anchar.in consil. 299.n.1.& 3. Vel quando quis abs re iuri suo renuntiauerit,cesserit ve vt dd.quos refert, & sequitur Ioseph. Mascard. in tract. de probatio.2.par. conclu.1055.n.42.

19 Item ex præcedentibus arbitrabitur metus ad præsens. nam sufficit,ꝙ ex causa præcedenti timuerit verè, & non fictè. vt notat Bal.in l.fi.in prin.C.de iure deliber.n.7.& Hipol.de Marsil. in singul.325.per tot.& Alex.in cons.144.vol.2.nu.3.& Thom. Grammat.voto 10.n.5.Augusti.Beroi in qq.suis quest.54.n.3.

20 A præterito etiã arbitrabitur metus ad præsens. Nam à præterito præsumitur circa presens tex.express.in cle: exiui de Paradiso.§.rursus.de verb.significant.ibi ex iam expertis.& ibi glo. verb.pascit.& ibi Zabarell.n.16.Cyn.in l.2.isto tit.n.2.ad fi.de quo argumento latè,& benè Euerard.in suis topicis legalib.c.à tempore ad tempus n.4.cum multis sequen. Vndè si in præterito me compulisti ad faciendum aliquem contractũ, præsumitur violenta præsumptione,ꝙ etiam me compulisti ad faciendũ præsentem contractum. Quod in specie tenent multi dd. quos infra allego in c.10.§.2.n.3.

H 2 Item

21 Item ex sequentibus arbitrabitur metus ad præcedentia argu.l. Si seruus plurium ff.de legat.1.item Anchar.in consil.299. n.1.& 3.& Alexan.de Neuo in cons.3.n.11.& Augusti.Beroi in qq. suis. quæst.54.nu.3.

22 Ex præsenti arbitrabitur metus ad præteritum. vndè si tu me cōpulisti in præsenti ad faciendū aliquē contractū,præsumitur, quòd in præteritum contractum tecum celebratum fui coactus. vt patet ex glo.in cle.exiui de Paradiso.§.rursus.de verb.signif. verb.pascit. Et ibi Zabarel.n.16.de quo argumēto latè, & benè Euerard.in suis topicis legalib. c.de tempore ad tempus.nu. 1. cum sequenti, Alciat.lib.5.parergon iuris.cap.21.

23 Item à verisimili arbitrabitur metus.vt Ioa.Andr.in c.bonę. de appellatio.n. quē refert,& sequitur Bal.in cons.364.lib.3. n.5. vtrūq; refert,& sequitur Crauet. in cons.49. volu.1.n.5.& alij dd.quos refert,& sequitur Ioseph. Mascard.in.d. tractat.de probatio.2.par.conclu.1055.n.41.

24 Item arbitrabitur metus ab euentu sequuto: quia sequutum fui, quod timebatur Bald. in d. consil. 364. d. num. 1. Crauet. in d.consil.49.nu.fin.

25 Item ex facto arbitrabitur metus, vt si quid in collū alicuius coniectum si,vt torqueatur tex.in l.lege Iulia.la.1.ff.ad leg.Iul. de vi publi.& Boss.in suis tract.d.tit.de pluri.violen.n.77.& 83.

26 Item ex persona arguitur metus, vt puta si Tyrannus sit relictus hæres in testameto: quia tunc præsumitur testamentū metu factum.ita in terminis tenet Socin.in cons.148.vol.1.n.7.quē refert,& seq.Mant.in tract.de conject.vlt.volunt.lib.2.ti.7.n.3.

Pro quibus sunt iura singularia in l.qui per potentiam.C.de omni agro.desert.lib.11.& l.2. C. ne rustican. ad vllum obseq. deuo. lib.11.

27 Vltimò quando alicui est erepta facultas vtendi liberè iuribus suis: quia tunc præsumitur metu factum vt dd.quos refert, & sequitur Ioseph.Mascard.d. tractat.de probat.2.par. conclus.1055.n.43.

RE-

Digitized by Google

RECAPITVLATIONES. CAP. 3.

Metus iustus causatur etiam extra propriam personam. 1.
Metus infertur parentibus in personis liberorum. 2.
Parentum appellatione qui comprehendantur? 3.
Liberorum appellatione qui comprehendantur? 4.
Metus infertur liberis in personis parentum. 5.
Metus infertur in personis consanguineorum. 6.
Metus infertur marito in persona vxoris. 7.
Metus infetur vxori in persona mariti.
Metus infertur in personis laboratorum suorum. 8.
Metus infertur in personis amicorum. 9.
Amicitia superat omnem consanguinitatem. 10.
Amicitia quomodo probetur? 11.

CAP. 3. DE METV EXTRA PROPRIAM personam.

1 ALIA circunstantia, & non leuis est metus qui causatur extrà propriam personam.& sic metus illatus, aut inferēdus alteri hoc est tertiæ personæ, est metus iustus, vt quis possit agere, seu excipere, tamq̃ si propriæ personæ suæ esset illatus, aut inferendus.

2 Vnde iudex arbitrabitur iustum metum inferri parentibus in personis liberorum.tex.express.in l.isti¦quidem.vers. hæc quæ diximus ff.isto tit.& ibi Bar.& Doct.Angel.in §.quadrupli.inst. de actio.n.9.Aret.in cons.14.n.15.Soc.Iun.in cons.79. vol.1.n. 38.& Menoc.in cons.1.n.275.vol.1.& Petr.Roiz in dec.Litua. dec.3.n.358.& est communis teste Ant. Gomez in lib.1. variar. c.9.n.19.quem refert,& seq.Micha.Grassis.in tract.de successio. §.suitas.q.7.n.6. Prò quibus faciũt traddita per Tiraq.in trac. de pęnis temperand. causa.51.n.66.cum sequentibus. Circa quod duo sunt aduertenda. Primum, q̄ ex quo lex illa loquitur per

Digitized by Google

per dictionem parentes, debet intelligi quod cōprehendat non solum patres sed omnes ascendentes, qui per illam dictionē significantur de quibus in l.quiq; ff.de inius vocando.& in l.1.ff. de gradib.& in l. appellatione parentis.ff. de verbor. significatio. Et etiam parentes naturales l.parentes.ff.de inius vocand. Et etiam parentes adoptiuos.l.adoptiuū ff.de in ius vocando.

4 Secundum, q per dictionem liberi debet intelligi q comprehendat non solum filios, sed etiam omnes descendentes qui per illā dictionē significantur, de quibus in l. liberorum appellatione.ff. de verb.signifi.& in l.sed si hac lege emi.§.liberos autem ff.de inius vocand.

5 Item, arbitrabitur iudex iustum metum inferri filijs in personis parentum: quia sunt corrrelatiua. Et in correlatiuis dispositum in vno, est dispositum in altero.de quo argumento latè,& bene Euerar.in suis topicis legalibus.c.à correlatiuis. per totū. Et in specie q filio inferatur iustus metus in persona patris tradit Aretī.in cons.14.n.15. Et in persona matris traddit Senat. Pedemont.in dec.179.n.1. Et in persona vtriusq; parētis traddit Petr. Plateanus Angolis meus in.§.quadrup. insti.de actio. n.3.& Præposit.in c.cū locum de sponsali. n.10. Et in persona aui traddit Præposit.d.n.10.

6 Item, arbitrabitur iustum metū inferri,& in personis consanguineorum transuersalium tex. in c. sciant cuncti de electio.lib. 6.glo.in cle.2.verb.quomodolibet de sent.excomunicat.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi Prætori.ff.de noui oper. nuntiat.n.18. & ibi Iass.n.12.& idem Bar.in l.Titia.ff.de verb.oblig.n.1.& ibi Iass.n.14.& 15.Angel.in §.quadrupli.inst.de actio.n.9.Bal.in l. 1.C.de indict.viduita.tollend.n.2. Alex.in l.1.ff.in ius vocati vt eant. n.3. Felin.in c. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. nu.99. Præposit.in c.cum locū de sponsalib.n.11.Ruin.in cons.8.volu. 1.n.2.Francisc.Marcus in decis.Parlament.Delphin.2.par.decis. 67.n.fi.Philip.Franc.in c.fi.de appellatio.n.7.Senat.Pedemon. decis.179.n.2.[illegible] in decis.7.tit.de renntia. in nouis, per totā. Rolan.valle in cons.2.volu.1.n.62. Pro qua conclusione faciūt

quæ

que traddit Tiraq.in trac.de pęnis temp.cauſ.51.n.66.cũ ſeqq.

7 Item arbitrabitur iuſtum metum inferri marito in perſona vxoris Et econuersò,vxori in perſona mariti.hac ratione, quia ſunt duo in carne vna vt Genes.c.2.& in c.ſunt. qui dicunt.27. quæſt.2.& c.fi.33.quæſt.5.

8 Item arbitrabitur iuſtum metum inferri in perſonis laboratorum ſuorum.vt Bar.in d.l. de pupillo.§. ſi quis ipſi Prætori ff. de noui oper.nuntiat.n.18.Felin.in d.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.n.99.quæſt.13.Franciſ.Marant.d.dec.67.d.n.fi. Philip.Fran.d.c.fi.de appellatio.n.7.

9 Item arbitrabitur iuſtum metum inferri in perſonis amicorũ vt Bar.in d.l.Titiam.ff.de verb.oblig.n.1.& ibi Iaſſ.n.14.& 15. & Angel.quem Refert,& ſeq.Tiraq.d.tract. de pęnis tẽpe.cauſa.22.n.60.quem omnino vide: quia pulchra de amicitiæ effectu tractat per totam illlam cauſam.tex.expreſ.in l.6.tit.18.par. 2.ibi: *ò otros omes qualeſquier que amaſe.* Ratio prima eſt, quia diſpoſitum in conſanguineis cencetur diſpoſitũ in multũ amicis.vt glo.in c.requiſiſti de teſta.verb.præſumitur.& ibi Abb.n. 24.quem refert,& ſequitur Iaſ. d.nu.15. quia amicitia eſt conſanguinitas tex.in l.8.tit.31.par.7.

10 Ratio ſecunda eſt,quia amicitia ſuperat.omnem conſanguinitatẽ vt patet de Ionata filio Regis Saul cum Dauid.1.Regum c.18.19.& 20.Et in ſum.tit.fi.par.4.& ibi Gregor. Lopez in gl. 1. Et multa de amicitia tradit Dialogus Relatoris in 3. par. c. 14.nu.5.vſq; ad fin.illius capitis.& in cap. ſequent.à principio, vſq; ad n.22.ad quem vltra Tiraquel.me remitto.

11 Et quia probatio amicitiæ requiritur,ideò de eius probatione diſſerere libet: Quę probatur coniecturis cum oriatur ex affectione animi,& animus niſi per coniecturas probari non poteſt. vt in c.2.de renũtiatio.lib.6.& l.dolũ.C.de dolo.ita dicit Abb. in c.repellantur de accuſatio. n.2. quem refert,& ſequit. Petrus de Moncad. Hiſpan. in additionibus ad Ioan Crotum in tract. de teſti.par.4.n.183. Quibus ego addo,quòd poterit probari probatis aliquibus actis inducentibus amicitiam per d.c.repel-

lantur

lantur vbi per solam cohabitationem probant amicitiam. Et sic explicabo aliquos actus inducentes probationem amicitiæ. Ex primus sit cohabitatio.per d.c.repellantur.Alios refert Dialogus Relatoris d.3.par.d.c.22.per aliquos numeros quē (quia ab omnibus non habetur hic trascribo. Dicit enim,nu.2. quòd assidua,& frequens conuersatio.quia ex ea præsumitur affectio. allegat.l.cum allegas.C.de castren.pecul. milit. lib.12.& glo.in §.cogitandum.in authent.de Monachis collat.1.verb.Zelus,& Bal.in Margarita.verb.amicitia in fi.& Alciat.de præsunp. Regul.1.præsumpt.30.n.1.& l.3.tit.fi.par.4.amicitia namq; (teste Philoso.9.æthi.c.fi.) Communicatio est. Et n.3.dicit: quòd ex eo quòd scholares comtemporanei fuerunt, maximè in eadem domo,aut societate: notitia enim scholastica multum operatur glo.in c.innotuit.verb.in scholis.de electio.quæ maximā arguit amicitiam vt per illam glosam testatur Felin.in c. quoniā Abb. n.4.de.off.delegat.Rebuf.in tract.de priuileg.scholar.priuileg. 104. Et n.5.dicit: quia in militia sicut in scholis amicitia non leuis contrahitur per l. Si fortè.& l.hærèditate, & l.miles.ff. de castren.pecul.glo.in d.verb.in scholis. Alberi.in d.l.si fortè.n. 3. Et n.6.dicit: quòd si duo fortè peregrinationem ex voto peragrarunt,vel peregrè profecti longum iter fecere,in quo simul diuerterunt in eodem fortè diuersorio edentes,& lecto iacentes gl.in l.item apud Labeonē.§.tenentur.verb.eorum quem.ff. de in iur.l.aut longa.ff.de procurato. l.5.tit.3.par.7

Item,ꝙ non leuis amicitia præsumitur si amicus locauit matrimonio amicum,aut eius filium,filiam ve.aut matrimonij fuit conciliator,vel amicum fortè fecit militem,aut constituit hęredem,cuius ve industria fundus,domus, prædiū, aut alia quæuis possessio amicitiā à missa recuperata est, aut si amicū ab iniuria, dedecore,ignominia,aut graui iactura,atq; in cōmodo eripuit, seu pericula,& incommoda ab amico auertit,vel eum à captiuitate deduxit,ei ve de proprio erogauit cum indiguisset valde d. l.5.tit.3.par.7. hæc ille. Quibus addere potes & his similia, & paria,& maiora.per ea quæ traddit Euerar. in suis topicis lega-

lib.

lib.c.à simili.& c.à pari.& c. à minori. quem vide. Et nominis, & linguæ similitudo,ut Gometius in regul. Cancel.de Idiomate. quæst. 1.

RECAPITVLATIONES. C.4.in prin.

METVS reuerentialis ansit Iustus ? 1.
Reuerentia debetur cuilibet superiori. 2.
Vxor debet reuerentiam marito. 3.
Maritus potest castigare vxorem.
Descendentes debent reuerentiam ascendentibus. 4.
Filius debet reuerentiam patri. 5.
Reuerentia nulla aquatur paterna. 6.
Filius non audet contradicere parentibus. 7.
Filij silentium propter patris reuerentiam interueniens potius contraditio q̃ consensus reputatur. 8.
Filius debet reuerentiam matri. 9.
Filius debet reuerentiam parentibus naturalibus. 10.
Et alijs parentibus cuiuscumq; qualitatis.
Et ad optiuis. 11.
Reuerentia debetur transuersalibus. 12.
Patruo debet reuerentiam nepos ex fratre.
Propinquus iunior debet reuerentiam seniori. 13.
Frater, & soror debet reuentiam fratri, vel sorori seniori. 14.
Soror debet reuerentiam fratri.
Legitimatus debet reuerentiam legitimo.
Gener debet reuerentiam socero, & socrui. 15.
Socer habetur loco parentis.
Socer non vocatur in ius sine venio;
Genero non imputatur debitum datum sibi in dotem, si non exegit à socero, qui factus est non soluendo.
Seruus debet reuerentiam domino. 16.
Dominus habet manus iniectionem in seruum.
Libertus debet reuerentiam patrono. 17.
Clericus debet reuerentiam Episcopo. 18

Clericus non potest de vna Ecclesia transire ad alteram sine licentia sui Episcopi.

Clericus non potest peregrinari sine licentia sui Episcopi.

Clericus non potest in aliam Dioecesim se transferre sine literis cõmendatitijs sui Episcopi.

Clericus non potest in alium iudicem, etiam ecclesiasticum consentire sine licentia sui Episcopi.

Clericus vni Episcopo subiectus non potest per alium Episcopum ordinari sine licentia sui Episcopi.

Minor debet reuerentiam suo tutori & curatori. 19.

Discipulus debet reuerentiam Magistro. 20.

Parentibus spiritualibus debetur reuerentia. 21.

Nutritori (hoc est Ayo) debetur reuerentia. 22.

Qui ab alio est creatus debet ei reuerentiam. 23.

Famulus debet reuerentiam domino. 24.

Vasallus debet reuerentiam domino. 25.

Monachus debet reuerentiam Abbati. 26.

Parochianus debet reuerentiam suo Parocho. 27.

Leuatus de sacro Fonte debet reuerentiam leuanti. 28.

Priuignus debet reuerentiam Nouercæ. 29.

Priuignus debet reuerentiam vitrico. 30.

Senibus debetur reuerentia. 31.

Sacerdotibus debetur reuerentia. 32.

Quatuor sunt casus reuerentiæ. 33.

Quatuor reuerentia sit, quæ operatur in nostra materia metus. 34.

Filia) nupta habitans seorsum non præsumi.
Nepos) tur metu reuerentiali contraxisse. 35.
Soror)

Hippolytus de Marsilis) corripiuntur. 36.
Burgos de Paz.)

CPA. 4. DE METV REVERENTIALI. principium.

METus reuerentialis an sit iustus inquirẽdum nobis est? Pro cuius magistrali, perfectaq; explicatione procedam perfe-

ſequentes concluſiones.

Prima quibus perſonis debeatur reuerentia, & quorum reuerentia operetur?

Secunda quid requiratur vt metus reuerentialis operetur. & an ſufficiat ſola præſentia illius cui reuerentia debetur?

Tertia in quibus caſibus operetur metus reuerentialis.

Quarta an metus reuerentialis operetur in foro Poli, ſicut in Foro fori?

Quarum quamlibet concluſionem per ſuum verſiculum explicabimus, vt facilius intelligatur.

2 Ad primam concluſionem deueniendo (quæ duas continet partes: primam quibus perſonis debeatur reuerentia, ſecundã quorum reuerentia operetur.) Capio primam partem, & generice dico: quòd cuilibet ſuperiori debetur reuerentia Bar. in l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio nondet. n.4. Anch. in conſ.260.n.2.Quem ſequitur Craue. in conſ.49.vol.1. nu.2. Tenet Hieron.Grat.in conſ.5.vol.1.nu.26. & Leonard.in conſ. 114.n.386. quod habetur in 1.vol.cõſiliorum Bruni.& patet in 4.præcepto Decalogi.ſecundũ Pedraz.ibi in ſummarijs inter.n. n.8.& 9. & in explicatione Cathechis. Pij Quinti vbi allegantur aliæ autoritates.

3 Et ad ſpecies deueniendo vxor debet reuerentiam marito. gl.in d.§.quæ onerandæ.verb.metu ſolo.& ibi Bar.d.n.4. gl. in c.de filia.27.q.1.verb.receperit.Bart.in tract. de Tyrannide.n. 11.& dd.quos refert,& ſequitur Iaſ.in §.quadrupli.inſt.de act. n.65.Dialog.relator.in p.3.c.20.n.6.Frater Mexia in ſuo tract. *del eſtado del matrimonio lib.* 1.*c.*10. Conſtituit eam Deus ſub poteſtate mariti poſtq̃ peccauit,vt patet Genes. c.3. Et ſic põt eam caſtigare tex.in c.ſicut alterius.7.q.1.vbi gl.1.adducit alia iura.& d.gl.verb.receperit.& gl.in c.vnum orariũ.25.diſt.verb. ſeruum.& Menoc.de arbit.lib.2.cent.4.c.364. n.8.

4 Item omnibus aſcendentibus debetur reuerentia à deſcendentibus. vt patet. d. 4. præcep. Decalogi. quòd loquitur per dictionem parentes. quæ dictio comprehendit omnes,quos di

ximus in.§.supra proximo n.3.&4.& Bar.in tract.de Tyran.n.
5 11. Et magis in spetie, filius debet reuerentiã patri.vt.l. liber-
to.ff.de obseq.præstand.& dd.in d.§.quæ onerãdæ.d.l.1.ff.qua-
rum rer.actio non det.& Bar.in d.n.11.Et Tiraq.de legib.Con-
nubi.lib.glo.5.n.36.Et Orofcius in l.veluti.ff.de iusti.& iure n.
6.& Crauet.in consi.49.vol.1.n.2. Dialogus Relatoris d. 3.par.
c.20.n.6.& Frater Mexia in d.suo tract.*del estado del matrimonio*
6 d.lib.1.d.c.10. Et in tantum ꝙ testantur dd.ꝙ.nulla sit reueren-
tia, quæ æquetur paternæ vt Salic.in l.transact.C.de transact.n.
2.Quem refert,& seq. Cattelia. Cotta in memorabilibus verb.
contractus mulierum in prin. vtrumq; refert, & seq. Tiraq. vbi
supra.n.37. Et Salic.refert,& seq.Xuarez in l.i.tit.*de las deudas.*
7 forolegum n.10. Et ideò dicitur, ꝙ filius non audet contradice-
re parentibus.vt Bal.in.§.item Sacramẽta de pace iura. firmãd.
8 in vsibus feudor.n.7. Et ꝙ silentium filij proptèr patris reuerẽ-
tiam interueniens potius cõtradictio, q̃ consensus reputatur vt
Bal.in l.1.C.de bon.mater.n.12.infi: quem refert,& seq.Aret.in
consi.14.n.8.& Cępol.in l.si contra.ff.de vsu capio pro empto.n.
44.idẽ Bal.in c.1.isto tit.n.8.Quem refert,& seq.l.asl.in.§. qua-
drupli.inst.de actio.nu.64.& Montalb.in l.8.titu.11.lib.1.fori.
verb.*si le fiziere.* Quod maximè procedit, quandò est filius fa-
milias: quia est illi domesticus vt in.§.sed si filius familias instit.
de testa.ibi.domesticũ testimoniũ.& Cæpol.in authent. sed no-
uo iure.C.de ser.fugiti.n.55.Quia pater potest eũ castigare tex.
in l.3.C.de patria potestat.vbi gl. verb.non prohiberis. allegat
alia iura.gl.in d.c.de filia.27.q.1.verb.receperit.Et Conan.lib.
2.c.13.n.3.& l.9.tit.8.par.7.Et potest in eum sęuire domi,& se-
cretè vbi nemo eum defendere poterit vt dicit Pinellus in d.l.1.
C.de bon.mater.1.par.n.53.vbi alios allegat. Et sic dicitur, ꝙ
filius familias coram patre erubescit loqui vt glo.in l.si filius fa-
milias.§.inuitus verb.non probatur.ff. de procurator. De qua
reuerentia filiorum ergà patrem latè, & bene Connanus in lib.
1.ca.5.n.5.& in lib.2.c.13.n.2. Et qui voluerit videre, qualis
fuerit patria potestas apud Romanos, legat Dionisiũ Halicar-
nasseum

Digitized by Google

nasceum lib.2. Quem refert, & sequitur Petr. Erodius ad Tuan. lib.4.tit.de emendatio. libero.c.1.&.2.

9 Item filius debet reuerentiã matri, quia eadem reuerentia debetur matri, quę patri. vt in Exodo c.20. vbi dicitur: honora patrem tuum, & matrem tuã. & patet Lucæ vbi c.2. dicitur: ꝙ Dominus noster Iesus Christus erat subditus non solum patri, sed matri. cuius verba sunt: & dixit mater eius ad illum, filij quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes querebamus te &c. Et statim subdit: & descẽdit cum eis, & venit Nazareth. & erat subditus illis. Si in plurali loquutus est Euãgelista de patre, & matre dixit. vbi *glosa ordinaria* dicit: ecce: quid parẽtibus debeamus ostẽdit. Et Nicol. de Lyra dicit: ad nostrã instructionem, & superbiæ nostræ confusionem, & patet ex quarto precepto Decalogi propter dictionem parentes. de qua diximus supra n.4. & patet etiam in c. cum virum de regularib. ibi: parentum. & alia multa congerit Summa virtutum, & vitiorum tit. de Superbia c. qualiter, & quare reuerentia sit exhibenda parentibus spiritualibus, & carnalibus.

10 Et non solum ascendẽtibus legitimis & naturalibus in simul. Sed naturalibus tantũ: quia vna est omnibus parentibus seruanda reuerentia, & maximè de Iure Naturali, de quo nulla differẽtia est inter legitimum, & naturalẽ vt in authent. quib. mod. nat. efficiunt, legitimi. collat.6. in §. siquis sane vers. liceat igitur, & tex. in authent. quib. mo. natural. effi. sui. colla.7. & facit. c. cũ haberet. de eo qui dux. in matri. quã pol per adulter. & Cifuent. in l.9. tauri. n.9. Et ideò non vocãtur in ius sine venia. l. parentes naturales. ff. de in ius vocand. Et per d. iura possumus extẽdere ad reliquos patres cuiuscũq; qualitatis, siue adulterini, siue incestuosi. &c. & non solum prædictis parentibus, sed & parentibus legitimis tantum debetur reuerentia, prout sunt adoptiui, quandiu sunt in potestate talium parentum. Et ideo non vocãtur. in ius sine venia tex. in l. adoptiuũ patrẽ. ff. de ius vocãd.

12 Et non solum ascendentibus, sed etiam transuersalibus debetur reuerentia vt patet in patruo cui debetur reuerẽtia à nepote

Digitized by Google

ex fratre (hoc est à fratris filio) vt Bar.in tract.de Tyran.n.11. & Crauet.in d.conf.49.vol.1.n.2.& Padilla in l.interpositas.C.
13 de transactio.n.21. Et genericè propinquus iunior debet reuerentiam propinquo seniori tex.in l.vnica.C.de emend. propin-
14 quor. Et in speciè frater, & soror debent reuerentiā fratri, vel sorori seniori vt dd.quos allegat Tiraq.in tract.de legib. Connubia lib.gl.5.n.26.& in prefatione de primogen.n.139.cum sequent.&Soc.in conf.263.vol.2.n.3.& Crauet.d.conf.49.vol.1.n.2.& facit de hoc festum Auendan.in l.4.tit.de las exceptio.n.31.verf.& in ista: vbi allegat alios dd.& tenet Dialogus Relator.d.3.par.c.30.n.6.& Padilla d.n.21.& Azebedo in l.1.tit.21.lib.4.Recopilat.n.193. Et maximè soror fratri. vt Padilla d.n.21.ad fi. Et præcipuè si soror habitat domū fratris, & ab eo sustentatur,& alimentatur vt Areti.in conf.24.n.5. cum sequent. Et legitimatus debet reuerentiam legitimo vt dd.quos refert,& sequitur Molina de Maioratu lib.3.c.3.n.4.

15 Item gener debet reuerentiam socero, quia habetur loco parentis vt l.quia parentis, ff. solu.matri.& Iass.in l. transactionē. C.de transact.n.2.tenet Padilla expræsse in d.l. interpositas. C. de transact.n.21.& ante Padillā id tenuit glo. vnica in l. generaliter.ff.de in ius vocand. & ibi etiā Soc. n.9.& est tex.in l.15. tit.11.p.4. Et ideò nō vocat eum in ius sine venia vt d.gl.vnic. & ibidem Soc.d.n.9. Neq; imputatur genero si debitū datum sibi in dotem ab vxore non exegerit à socero,& socer factus fuerit non soluendo d.l.15.tit.11.par.4. Et iddem est dicendū de socru: quia habetur loco matris vt dicit tex.in §.socrum.inst.de nuptijs. Et ei deberi ruerentiam expresse testatur, d.glo. vnica d.l.generaliter.

16 Item seruus debet domino reuerentiam, nam ita debet esse obediens domino,vt contenderit Cypria. (in lib.de singularitate clericorū) inde nomen seruos habuisse. Cuius verba sunt: alioquin nec nos serui adscriberemur,neq; ipse dominus haberetur,si secundum voluntatem nostrā permitteretur impendere seruitutem.quem refert,& sequitur Reuard. in l. velle non creditur.

ditur.ff.de reg.iur. Pro quo faciunt ea, quæ de filio familias supra n.8.diximus, quæ etiam militant in seruis. Cum dominus habeat potestatẽ inijciendi manus in eos per.l.vnic.C. de emẽdatione seruorum.& in §.fi.inst.de his,qui sunt sui,vel alie,iuris gl.1.in c.sicut alterius 7.q.1.& gl.in d.c.de filia.27.q.1.verb.receperit.& Menoc.in tract.de arbitra.lib.2. centur.4.c.364.n.2.

17 Item libertus debet reuerentiã patrono. tex. in d.l.1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non det. & in l. penult. ff. de furt.& in toto tit.de in ius vocando.

18 Item clericus debet reuerentiam Episcopo:vt glo.in d.§.quę onerandæ.verb.metu solo.& ibi Bar.n.4.idem Bar.in l.5.ff. isto tit.per totam.Et Burgos de Paz in cons.25.n.71. Et licet iste casus videatur de metu potentiali,tamen non est nisi de reuerẽtiali:vt prædicta.glo.& dd.Quia clerici sunt quasi serui Episcopi. Et sic non possunt de vna Ecclesia ad aliã transire sine licẽtia Episcopi per iura,quæ allegat glo.vnic. in c.quod in dubijs de renuntia.& ibi Abb.n.9. Neq; peregrinari sine licentia sui Episcopi.tex.in c.magnæ de voto. Neq; in aliam Dioecesim se transferre absq; literis cõmendatitijs sui Episcopi.tex.in c.fraternitatis.de cleri,non resident. Neq; in alium iudicem,etiam ecclesiasticum consentire,sine licentia sui Episcopi tex.in c. significasti de foro competenti.quod secus est in laicis per.l.si cõuenerit. de iurisdi.omni.iudi. Neq; clericus vni Episcopo subiectus potest per aliũ ordinari sine licentia sui Episcopi. text. in.c.quòd ad traslationẽ de temporib. ordi. & ibi Abb.n.1.

19 Itẽ minor reuerentiã debet tutori,& curatori suo vt dd.quos allegat Didac.Perez in l.1.tit.5.lib.5.ordina.in glo.vnica.vers. secunda ratio. Nam tutores, & curatores vicem dominorum obtinent l.ad ea,quæ.ff.de reg.iur.

20 Item magistro debetur reuerẽtia tex.in l.2.ti.20.par.4.Quia æquiparatur patri vt l.liberto.cum glo.verb.debet.ff.de obseq. & in c.sententia.2.q.7. Et ideò non vocatur in ius sine venia vt Soc.in d.l.generaliter.ff.de in ius vocand.n.8. Rebuff. in tract. de priuileg. scholastico. priuil.70. de quò melius q̃ alibi p Me-

noc.

noc. in tract.de arbitr.lib.2.centur.5.casu si.per totum. Et potest magister discipulum castigare tex.in l.itē quæritur,in prin. vers.quamuis.ff.locati.& in l.1.tit.8.par.5.& ibi Greg.Lopez in gl.3.verb.castigar.vbi allegat duas glosas.& Rebuf.d.tract.priuil.71.& Menoc.in d.lib.2.Centur.4.c.364.n.10. Et in tantum magistro debetur reuerentia,q̀ potest discipulus defendere opinionem magistri sui, & secundùm eam sententiare, etiā contra cōmunē,& non tenetur in Syndicat. Abb.in c.1.de postulatio. prælator.n.25.Et Felin.in c.1.de const.n.56.& alij.dd. quos refert,& seq.Paris de Put. in tract. de Syndicatu vers. an si iudex qui dedit sententiā secundum vnam opinionē n.5.fol.mih.179. Et Soc.in cons.44.vol.1.n.7. Et Rebuf.d.tract.priuilegio.72.

21 Et parentibus spiritualibus debetur reuerentia. Quia magis diligendus est pater spiritualis,q̄ carnalis vt glo.in c.Pyctatium 30.q.3.verb.multò magis.quam seq.Curtius Papien.in trac.de testib.concl.30.n.63. Quanto enim præcellunt spiritualia tēporalibus,tanto excellunt parentes spirituales parentibus temporalibus vt in c.solitæ.de maiorit.& obedient. Et multa tradit Summa virtutum,& vitiorū d.tit.de superbia.c. qualiter, & quarè exhibenda est reuerētia patribus spiritualib. & carnalib.

22 Itē nutritori(idest al Ayo)debet̄ reuerētia tex.in l.2.ti.20.p.4.

Item is qui ab alio est creatus, seu alimentatus debet illi reuerentiam.tex.in l.3.tit.20.par.4.

24 Itē famulus debet reuerentiā domino; quia potest dominus cū castigare.tex.in l.9.ti.8.p.7. gl.in c. sicut alterius 7.q.2.gl.1.

25 Item vassallus debet reuerentiā domino tex.in c. 1. de milit. vassal.qui contumax.est.ibi.salua reueretia. Potest enim dominus eum castigare.tex.in l.2.tit.19.par.2.

26 Item Monachus debet reuerentiā Abbati.vt patet in c.ad nostrā.de appellatio. Vbi Ab. pōt corriggere monachū, & ab eius correctione non pōt appellare, per ea quæ tradit Soc.in d.l.generaliter. ff.de ī ius vocan.n.6.& Euerar.in topicis lega.c.a seruo ad Monachum n.8.& Menoc.in tract.de arbitr. lib.2.cent. 4.cap.364.n.11.

Item

27 Item Parochianus suo Parrocho debet reuerentiam. Et ideo non vocat eum in ius sine venia secundùm Socyn. in d.l. generaliter. ff.de in ius vocand.n.7. vbi allegat alios doctores.

28 Item leuatus de sacro Fonte debet reuerētiam leuanti argu. tex.in c. ita diligere. 30.q.3. vbi disponitur: eum qui de sacro Fonte leuauit, esse diligēdum tamq̃ patrem. Et propter cognationē spiritualē (quæ inter eos cōtrahitur) loco patris habetur. ideòq; iura eum compatrē appellant. (à com, quod est simul pater secundum grammaticos) tex.in c.tua nos.de cognatio.spirituali. Et ideò non vocat eum in ius sine venia, vt Guido in d.l. generaliter.ff.de in ius vocan. Quem ibi refert, & sequitur Bald. ante.n.1.& Ang.in l.adoptiuum.n.2.eo.tit. de in ius voc. Alex. in cons.143.vol.2.n.6. Fulgo.in cons.11.n. .quos refert, & sequitur Franc.Curt.Papiens.in tract.de testib.conclu.30. n.63 & est cōmunis opinio.quā sequitur Soc.in d.l.generaliter.n.10

Item priuignus debet reuerentiam nouercæ: quia est vxor
29 patris. Et vxor gaudet priuilegijs mariti, & corruscat eius radijs.l.1. & l.fœminæ, ff.de Senato. Et vna caro est cùm viro.vt Genes.c.2. Licet controuersum sit à dd. an possit in ius vocari sine venia? Vt refert Soc.in d.l.generaliter.ff.de in ius voc.n.13 Quæ controuersia cesat hodiè iure Codicis.in l.1. C.de in ius vocādo.vbi expresse deciditur: ꝙ reuerentia quæ debetur marito debetur eius vxori, & sicut maritus non potest vocari in ius sine venia ita neq; eius vxor. Et Sena.Pedam.in dec.31.per tot.

Item priuignus debet reuerētiam vitrico, eo quia est mari-
30 tus matris, & sunt duo in carne vna vt proximo.n. diximus. & quia matri debetur reuerētia, vt suprà diximus.n.9. Licet possit eum vocare in ius sine venia.vt Soc. d.l. generaliter. ff. de in ius voc. nu. 13.

Item senibus debetur reuerentia. ideò dicitur veneranda se-
31 nectus.tex.in l.semper.vers.in senectute.ff.de iure immu. Licet possint in ius vocari sine venia, vt Soc.in d.l.generaliter. nu.15. neq; est curandū de aliquibus qui voluere non posse in ius vocari sine venia quos refert Tiraq. in præfatio. de iure primoge. num.104.

32 Item Sacerdotibus debetur reuerentia ab oĩbus: tùm: quia Sacradam,(à quo denominatur Sacerdos) c.cleros.21.dist.& l. 1.ff. de inst.& iur.ibi: cuius meritò quis nos Sacerdotes appellet.tùm: quia Seniores. (à quo denominantur presbyteri) non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed ꝑꝑ honorem, & dignitatem, quam accepit vt d.c.cleros. Et an possit, vel non vocari in ius sine venia? Ex dicendis in.n.sequenti patebit.

33 Prò complemento (quantùm attinet ad vocationem in ius sine venia, aut cùm venia) est sciendum: ꝙ quatuor sunt casus illorum, quibus reuerentia debetur. Primus est illorũ, quibus debetur reuerẽtia iure ciuili, & hi nullo modo vocantur in ius tex. in l.2.ff.de in ius voc. Secundus est illorum, quibus debetur reuerentia ex verbis, & mentè Prætoris, & hi cùm venia. vocantur Tertius est illorum, quibus debetur reuerentia non ex verbis Prætoris, sed ex mente, & hi etiam possunt vocati in ius, sed cũ venia, vt sunt pater, & maritus. Quartus est illorum, quibus reuerentia debeť ex naturali æquitate: vt sunt Senes, & Sacerdotes, & huiusmodi, & hi possunt vocari in ius sine venia. ita dicit Io.Andr.in additio.ad Specu.in tit.de actore n.21.super. verb. generaliter. quem refert, & sequitur Soc.in d.l.generaliter.ff.de in ius voc.n.fi.

Ad secundam partẽ nostræ primæ conclusionis deueniendo
34 est dicẽdum: ꝙ ex reuerẽtijs alia non habet potestatẽ, alia habet potestatẽ. Primo casu quando reuerẽtia non habet potestatem nihil operatur quò ad metum reuerẽtialem inducẽdum. Secundo casu quandò reuerẽtia hẽt potestatẽ, ẽt est distinguẽdum. ꝙ aut potestas est publica, vt Regis, & iudicis, & similium. Aut potestas est priuata, vt patris, & mariti, & similium. Primo casu inducitur metus potentialis. de quo tractabimus in c.sequenti. Secundo casu (de quò est materia nostri paragraphi) operatur metum reuerentialẽ. Et sic considerari debẽt omnes supra memorati casus. quia in omnibus illis in quibus debetur reuerentia habenti potestatẽ inducitur iustus metus reuerẽtialis, vt expressè dicunt Doctores in quolibet loco supra citati. In omnibus

bus verò alijs in quibus debetur reuerẽtia non habenti potestatem inducitur metus reuerẽtialis, sed solùm illa reuerentia operatur circa salutationes, & sessiones, vel circa vocationem in ius
35 cùm venia. Ex quo infero fallentiam generalẽ: ꝙ quotiens filia, seu soror est nupta, & in viri potestate traducta, vel seorsum habitat, ꝙ tunc licet ab eis debeatur reuerẽtia, tamẽ non præsumitur ꝙ contraxerint propter parentum, seu aliorum reuerẽtiam: ita tenet Anch. in cons. 433. in fi. quem refert, & seq. Crauet. in
36 cons. 114. vol. 1. n. 4. Ex qua fallentia infero intellectũ ad Hippol. de Mars. in cons. 124. n. 15. & ad Burg. de Paz eius sequacẽ in cons. 3. n. 55. qui dicunt: ꝙ mater nõ causat iustum metũ filiæ, ꝙ intelligantur quandò filia est nupta, seu habitat seorsum cũ marito, & non aliàs, quia si de nõ nupta loquuti sunt errauerũt, & de eorum opinione non est curandum: cùm mater habeat reuerentiam cum potestate manus iniectionis, ut supra diximus. n. 9. & per alia, quæ ibi diximus. Quod confirmatur quia põt eam priuare tertio, & quinto bonorum, si habet alios filios, uel quinto, si non habet alios filios, uel descendẽtes iuxta leges Regias Tauri, & timor huius lucri àmittendi causat iustum metũ, ut diximus. supra. c. 2. §. 6. n. 16.

RECAPITVLATIONES. §. primi.

PRAESENTIA sola illius cui reuerentia debetur an sufficiat ad infringendos contractus? 1.

Et non sufficere aliqui tenuere. 2.

Et sufficere aliqui tenuere. 3.

Et aliqui dubitauere. 4.

Resolutio huius quæstions 5.

Opinio communis huius quæstionis quadrupliciter limitatur. n. 7. & 8. & 9. & 10. 6.

Præsentia sola sufficit quandò conrahitur cum eo cui reuerentia debetur. 7.

Et in actibus requirentibus liberam voluntatem. 8

Et quandò is erat solitus inferre minas, vel verbera. 9.

K 2 *Et*

Digitized by Google

Et data enormi, seu enormissima læsione. 10.
Cap. quamuis pactum. declaratur. 11.
Iuri Ciuili statur in foro Canonico, quandò reperitur aliquid clarè decisum, & non reperitur decisio Canonica. 12.
Communis opinio non attenditur inuento textu. 13.
Angeli responsio ad l. pe. ff. de furtis taxatur. 14.

§. 1. QVID REQVIRATVR VT METVS reuerentialis operetur.

1 EXPEDITVS a prima conclusione, & viso, quæ reuerētia operetur, deuenio ad secundam conclusionem, quæ se habet: quid requiratur, vt metus reuerentialis operetur? Et an sufficiat sola præsentia eius cui reuerentía debetur absq; minis, vel verberibus? Et prima facie videtur dicēdum, ꝙ sufficiat sola præsentia eius cui reuerentia debetur. eo quia in iure dispo nitur expresse, ꝙ velle non creditur, qui ob pręsentiam alterius tacet, & non audet contradicere, tex. in l. pe. ff. de furtis. sed tamen quia quot capita tot sunt sententiæ, Doctores nostri noluerunt hanc conclunonem sine procella relinquere, ideò super ea nimis dissentiunt, vt statim apparebit.

2 Nam sunt aliqui qui asserunt non sufficere solam præsentiā eius, sed requirunt, ꝙ præcedant minæ, vel verbera. vt Bar. in d. l. 1. quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non det. n. 4. & ibi Zaz. n. 10. & Ang. in d. §. quadrupli. inst. de actio. n. 8. & 9. quem ibi sequitur Ias. n. 6. Abb. in c. cùm dilectus. isto tit. n. 7. Rimi. in l. interpositas, C. de transactio. n. 4. Soc. in l. soluto matrimonio. §. voluntatem. n. 7. ff. sol. mat. idem in reg. 71. incipit. pręsentia. in regul. adiect. ad primas regulas. & alij quos refert, & sequitur Tiraq. de legib. Connubia lib. gl. 5. n. 39. & Bernard. Diaz de Lugo in regula incip. patris sola præsentia. quæ est. 532. Et Io. Gratian Falcon in regul. metus in prin. dicit hanc cōmunem Fel. in c. causam matrimonji. de off. deleg. n. 3. & ibi Dec. n. 17. & Soc. Iunior in cons. 77. vol. 1. n. 154. & Alc. in c. cum contingat. de iu re-

Digitized by Google

reiur.n.1.idē in d.l.interpositas,n.21.& ibi Padill.n.26.& Moli.de primogen.lib.2.c.3.n.9.& Io. Plot.in tract.de in litem iuran.§.3.n.14.& Io.Gutie.de iura.confir.1.p.c.1. n.15. & Burg. de Paz.in conf.3.n.53.& 56.& Ioseph.Mascar. in tract. de probatio.1.p.conclusio.193.n.7.

Fundamentum huius opinionis est. c. quamuis pactum. de pact.lib.6.vbi disponitur,q̃ renuntiatio facta à filia in fauorem patris vallata iuramento est valida,nisi metu,vel dolo sit adducta.& quia textus non excipit reuerentiam,sicut metum, & dolum: ideo arguunt non sufficere præsentiam reuerentialem.

Alij ex diametro contrarium decreuere, dicēdo sufficere solā
3 præsentiam eius cui reuerētia debetur absq. minis,vel verberibus,vt fuit Andreas Syculus Barbatia in conf.38.nu.28. & 29. vol.4.& in d.c.causam matrimonij.n.13.& Salyc. in l. interpositas,C.de transactio.n.4.& Roma.in l.si cum dotem. §. eo autē tempore.ff.sol.matr.n.11.& Soc.Iun.in conf.47.nu.32.lib.3. & Ripa in resp.138.n.8.quos duos vltimos refert & seq.Menoc.in tract.de arb.iud.lib.2.cent.2.casu 136.n.7. & tenet Pardus Prateyus ad legē Iul.de fundo dotal.vers.aiunt Pontifices. & alij quos refert,& sequi videtur Ioseph.Masc.(eo quia vltimo loco eos refert) in tract.de probatio.2.p.concl.1055. n.16. iuncto.n. 29. hanc sequutus est Padilla.in d.l.interpositas.n.20. Fundamentum eorum est.d.l.pen.ff.de furtis. vbi taciturnitas liberti non nocuit ei ob reuerentiam debitam Patrono.

4 Alij autem dubitauere propter autoritatem communis opinionis,licet haberent rationes efficaces ad conuincendam eam, vt fuit Areti.in conf.24. à n.9. vsq. ad 13.

5 Ego autem ut hanc controuersiam Magistraliter (Deo duce) diffiniam, sic distinguo. Aut interuenit mandatum eius cui reuerentia debetur sine minis,vel verberibus (quod mandatum inducitur etiam per verbum rogo. vt l.1.ff. mandati quam ad hoc allegat Barbat.in conf.46. n.11. vol.4.) & in isto casu sufficiat sola præsentia prout continetur in secunda opinione, quā ego dico debere intelligi in isto casu. Et eam confirmo per textum

tum

tū in l.velle,ff.de reg.iur.Cuius verba sunt: velle non creditur, qui obsequitur alterius imperio.& in isto casu militat vna ex rationibus Aret.d.cons.24. ex dispositione tex. in l. ait prætor. §. permittitur.ff.de minoribus. ibi: coactus. quem in ea sequitur Dec.in c.cum.M.Ferrariensis.de constit.n.118.cum sequent. ꝙ si debitor allegat coram Iudice non debere soluere creditori suo,quia minor,& Iudex hanc allegationem omittat, & præcipiat debitori soluere,videtur soluisse coactus reuerentia Prętoris, licet ab eo potuisset appellare,& est satis iusta coactio. Aut non interuenit mandatum,sed sola præsentia, & tunc iterum distinguo: ꝙ duplex est reuerentia,vna simpliciter,& in gradu positiuo, altera nimia,& sic in gradu superlatiuo.

Primo casu quandò est talis persona cui solum debetur reuerētia simpliciter,vt potè si est ita ignauus, aut vilis: ꝙ filius audeat dicere nolo,tunc procedat prima opinio.& sic,ꝙ non sufficiat sola præsentia,sed ꝙ præcedant minæ, vel verbera vel mandatum. Secundo casu quādo est persona ita grauis,ꝙ ei debeatur reuerētia nimia,tunc temporis procedat secunda opinio, & sic ꝙ sufficiat sola præsentia absq. mandato, & absq; minis, vel verberibus per d.l.pe.ff.de furt.cui ego ad iungo tex.in l. liberto,ff.de obseq.vbi dicitur ꝙ liberto, & filio semper honesta, & sancta persona Patris & Patroni videri dēt.& pro hac parte adduco textu expressum in d.l1.§.quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non detur.ibi:metu solo,vel nimia reuerētia & ibi. Zaz. n.6.in expresso exemplificat. & in isto casu nimiæ reuerētiæ tenet expresè Bal.in l.si finè.n.2.& in l.ēt.n.3.C.ad Velleian. idē Bal.in d.l.interpositas,C.de transactio.n.7.in fi.idē Bal.in l.pactum, C.de collatio. nu.7.& Bened.Capra in cons.29,num.15. & 17. & Barbat.in cons.31. num.7.& volum.3. & Reman.in d. §. eo aūt tempore.d.l.si cum dotem,ff.solut.matrim.num.12. & alij.dd.quos refert,& seq. Hippoly.de Mars.in sing.347. n.fi.& Padill.in d.l.interpositas,n.20.in fi.& Mēchaca in qq.illustrib. lib.1.c.35.nu.18. quē sequitur Marti. Castrio. in annotatio.ad Masuerū in tit.de iureiur.n.8. Est enim decisio textualis. d.para-

ragraphi, quæ onerandæ. & ideò non indiget authoritate Doctorum. Et Doctores super eo dicentes de minis, vel verberibus debēt reduci ád primam partē textus hoc est admetum : quia quod quis facit propter minas, vel verbera metu, non reuerētia facit. Et licet isthæc decisio non egeat fauore aliarum rationū. tamē eam libei iuuare. Et primò, ꝙ hæc qualitas (nimis) semper operatur in iure, ut patet in c.accedens.el 2.vt lit.non cont.ibi: nimis fauens. & ibi glo. uerb. nimis fauēs. & ibi Abb. n. 8. Et patet ex his quæ de nimia amicitia traddit Bart. in l. Titia. in prin.ff.de uerb.obl.n.1.& ibi Iaſ.n.14. cū sequēt. quē uide quia multa cumulat, plusq̃ Bartolus. Confirmo etiam rationibus adductis per Aret. in d.conſ.24.arguendo de metu potētiali, ad metum reuerētialem, eo quia militant ēt in metu reuerētiali. Dicit enim ꝙ ad hoc ut ille qui gerit actum non uideatur spontè gessisse sufficit ad esse potētiā coactionis, sicut si minę, uel uerbera præcecissent: quia sufficit posse minas, uel uerbera infferre; licèt non deueniatur ad actum. Hoc dictum comprobat Euerar. in conſ.19. n.23. & 27. Confirmat Aret. ex dicto Petri de Ancharano dicentis: ꝙ consanguinei, qui tenētur facere compromissum ex forma Statuti, si compromissum faciant anteq̃ a Iudice prçcipiatur, videntur compromisisse coactè, ex quo sciunt se posse compelli. Quod dictum refert, & seq. Barba. in conſ.40 vol.4. n.54. & Ruin. in conſ.61. lib.5. nu.32. Quē refert, & seq. Ioseph. Ludou. in decisio. Vmbriæ pri. par. decisio.2.n.7.& Ancharanum etiam sequitur Hippoly. de Marſ. in conſ.52. uolu.1. n.9.& in l.1. n.25. cum seq.& in l.pen.n.15. cum seq.ff. de quæstio.& in sing.325. per tot.& hoc esse magis commune, & in praxi seruatum referēs alios testatur Ant. Blan. Pataui. in tract. de compromiſs.q.1.n.18.& q.10.n.12. Confirmat ēt ex dicto Doctorum, ꝙ eo ipso ꝙ testis citatur, si comparet, & deponit, præsumitur facere inuitus, quia pōt cogi, nisi habeat promptam excusationē, quam omittit. Confirmat, quia autoritas, vel Dignitas personæ absq; aliqua comminatione tribuit iustam causam metus reuerētialis, vt singulariter probatur in l. cum uerò. §. ap-

pa-

paret igitur.ff.de fideicom.libert. per quam reprobat opinionẽ Bartoli dicẽtis: ꝙ ità demum contractus ab officiali non tenet, si præcesserint minæ vel impressio. Quia immò quilibet administrator habẽs officium cum iurisditione prohibetur emere, vel super aliqua recontrahere, adeò ꝙ contractus est nullus, ẽt si minæ non præcedant, ut probat tex. in l. 1. C. de contractib. iudi. præsumit enim lex facilè posse metum interuenire. & adducit l.1.C.si Rector Prouint.& Ias.in l.2.C.de transact. per illũ tex. à n.2.vsq; ad 6. adducit multa ex superioribus, & alia quæ poteris videre.& Dec.in c.cum M.Ferrariensis.de constitutio. nu. 116.cum seqq. Et isthæc autẽ nimia reuerẽtia, quæ sit relinquitur arbitrio Iudicis sicut omnia alia, quæ expresè non sunt decisa. Poterit Iudex illam arbitrari de vxore ad maritum, de filio ad patrem, de liberto ad patronum, de seruo, & de vassallo ad dominum, & sic de similibus.per d.§.quę onerandę.& per d.l.pen.ff.dè furtis.& per d.l.liberto. Et poterit ẽt arbitrari tã ex parte patris, seu alterius superioris: vt quia est grauis autoritatis, aut crudelis, & sæuerus. q̃ ex parte filij, vel alterius subditi, vt quia multum obediẽs, seu modicæ ætatis, vt exemplificat Xuarez in d.allegatio.24.n.5.in fi.in vers.aut filia.& Molin. de primogen.lib.2.c.3.n.9.& 10. Et per alia quæ adduximus supra.c.2.§.4.& 5. vbi me remitto.

6 Communem opinionẽ (quæ vt diximus hẽt locum in casu simplicis reuerẽtiæ) limitant Doctores quatuor modis præcipuè Socin.in d.reg.71.in adiectis de nouo, qui sunt sequẽtes. Pri-
7 mus est quando actus fit cum eo cui reuerẽtia debetur ita Rom. in d.l.si cum dotem.§.eo autẽ tẽpore.n.11.ff.sol.mat.& Socy.in d.reg.71.in prima fallẽt.Quę fallẽtia tẽperanda est in filia, quę est nupta, & habitat seorsum à patre, vt Soc.iun.in cons.67. vol. 2.n.41.& Crauet.in cons.174.vol.1.n.4. Secundus casus est, vbi
8 est talis actus, qui requirit liberam voluntatatẽ, ut Ant. de But. in c.cum uirum.de regularib.n.6.quem refert, & sequitur Soc. in d.reg.71.in secunda fallẽtia.licet Abb.in d.c.cum virum.n.8 teneat contrarium, & eum sequatur Fely.in d.c. causam matri-
mo-

monij.de offi.deleg.n.5.& ibi Dec.n.24. quia eorum opinio est fundata in casu Priuilegiato: scilicet matrimonij, vt in Abbate videre est, & non procedit argumẽtum de casu Priuilegiato ad non Priuilegiatum. vt Ias. in l. qui quartam. nu.8. ff. de legat. 1.
Tertius est, quandò ille, cui reuerentia debetur, erat solitus mi-
9 nas, vel verbera inferre contra personas sibi subiectas, vt Soc. d. reg. 71. in 3. fall. Quæ fallentia limitanda est, vt supra diximus primam esse limitandam. Quartus est quandò interuenit
10 enormis, seu enormissima læsio, vt Paul. de Cast. in cons. 177. li. 1. in nouis. quem refert, & sequitur Dec. in d. c. causam matrimonij. de off. deleg. n. 20. & Soc. d. reg. 71. in 4. fall. idem Soc. in cons. 263. vol. 2. n. 3. & 4. & Soc. Iun. in cons. 47. n. 33. & 34. vol. 3. & Alciat. in d. l. interpositas, C. de transact. n. 23. & Senat. Pedemont. in decis. 179. n. 5. & Capitius in decis. 159. n. 9. & Crau. in cons. 11. n. 12. & in cons. 114. n. 1. vol. 1. Ceph. in cons. 295. n. 13. vol. 2. & Rol. Vall. cons. 100. n. 131. vol. 4. vbi alios allegat & Couar. in 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4. idem in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. p. 3. §. 4. n. 7. & Molin. de primoge. lib. 2. c. 3. n. 11. Dialog. Relato. in 3. p. c. 20. n. 3. Io. Guttier. in Repetitio. auth. sacramẽtà puberum, C. si aduersus vendit. n. 94. quem vide, & in tract. de iura. confir. 1. p. c. 1. n. 15. & alij, quos refert, & sequitur Cald. Pereira in l. si curatorem habens, C. de in integ. resti. verb. læsis, n. 40. vers. tamen hec non procedunt. & Burgos de Paz in qq. Ciuilibus q. 7. n. 60. & Azebedo in l. 1. ti. 21. lib. 4. Recopil. n. 192. licet discedat Padilla in d. l. interpositas, nu. 21. Quæ fallẽtia procedit siuè commodum istud sit ad vtilitatẽ patris, vel alterius superioris l. pe. ff. de furtis. gl. in l. filiusfamilias. §. inuitus, ff. de procurator. verb. non probatur. Bal. in cons. 148. n. 4. vol. 1. Tiraq. de leg. cõn. gl. 1. p. 1. n. 25. Mieres in tract. maio. 1. p. q. 23. n. 2. & Xuarez in d. allegatio. 24. d. n. 5. in fi. & Sarmiẽto in li. 2. select. c. 11. n. fi. Siuè sit ad vtilitatem alterius q̃ patris, vel superioris, vt Molina. d. c. 3. n. 12. Et quæ dicatur enormis, seu enormissima læsio videbitis in meis varijs resolutionibus c. de enormi, & enormissima lęsione vbi me remitto ne istum versiculum onerem.

L Re-

Digitized by Google

11 Restat nunc respondere ad fundamẽtum communis opinionis supra adductum.n.2.quod est dè c. quamuis pactũ. de pact. lib.6.fundatur in eo communis opinio, quia nõ excipit ille textus reuerẽtiam,sicut excipit metum.ad quod respondeo,ꝙ si prę dicti Doctor.intelligunt de reuerentia simplici,de qua diximus supra.n.5.tunc tẽporis procedant benè eorũ argumentũ. sed si intelligunt ẽt de reuerentia nimia,errant nimis. Quia excipiendo mẽtum videtur excepisse nimiam reuerentiam, eo quia nimia reuerẽtia est species metus. quod probo sequenti ratione: metus est genus habens sub se multas species,vt docuimus supra in præambulis,n.13.quarum vna est metus reuerẽtæ, vt ibidẽ, & qui excipit metum,excipit omnes eius species: nam genus cõprehẽdit omnes suas species,text.in l.1. & in l.2.§.mutui datio. ff.si cert.pet.& ibi dd.& Zaz. in tract.sing.responsor.c.1.vbi latè,maximè.n.35.& Euerar.in suis topicis legalib. c.à genere ad species. Cui rationi astipulatur secundò ꝙ ẽtsi reuerẽtia nimia non esset species metus,ille textus debet intelligi de nimia reuerẽtia,sicut dè metu: quia in iure æquiparantur metus, & nimia reuerẽtia vt patet.in d.§.quæ onerandæ. ibi: metu solo, vel nimia reuerẽtia.& in æquiparatis dispositum in vno, est dispositũ in altero,vt latè Euerard.in suis topicis legalib. c.ab æquiparatis. Et in tantum,ꝙ lex superueniens in vno trahitur ad alterum ut patet in l.si quis seruo. C.de furtis.cum ibi notatis iuncta,l.vt tantum,ff.eo tit.ita dicit Alber.Bru.in tractat.statutor. art.5.n.121.& art.12.n.5.& Aluisius de Albert.in singula.288. vbi allegat. Ad huc & tertiò respondeo, arguendo à combinatione,& coniunctione duarum legum compręhendet ille textus casum reuerẽtiæ. iungendo illud capitulum quamuis pactũ dicto.§.quæ onerandæ.& sic suppletur.d.capitulũ per d.§. quæ onerandæ.de quo argumento latè,& benè Euerard. dictis topicis legalib.c.a coniunctione,seu combinatione legum.

12 Neq; obstat,ꝙ ille.§.sit legis Ciuilis: quia iuri Ciuili. statur in foro Canonico in prophanis (prout hoc negotiũ metus est) quando aliquid est clarè decisum, & non reperitur immutatum de

de iure canonico ꝑ tex.expreſſ.in c.1.de nou.oper.nun.& Iaſ.in l.cum quis. n.18.C.de iur.& fact.igno.& Nauar.in manuali latino.c.27.n.286. vbi allegat. Et ſi huic reſponſioni non eſſet ſtandum,eſſet danda differẽtia inter ius Canonicum & Ciuile, & ita vnaquæq; lex eſſet ſeruanda in ſuo foro, quod in hoc articulo non eſt admittendum meo videri. Neq; eſt curandum,
13 ꝙ illa opinio ſit communis,quia inuento textu de ea non eſt curandum.l.Labeo.verſ.ſed & ſi.ff.de ſuppellectili legat.& in c.1. de conſtit.& Euerard.in ſuis topicis legalib.c.ab authoritate.n. 3. Neq; obſtat reſponſio quam dat Ang.ad l.pe.ff.de furt.(quę fuit fundamẽtum ſecundæ opinionis) dicendo : ꝙ ille text. non facit in fauorẽ eius,quia ibi libertus non conſenſit expreſſe, ſed ꝙ ſolummodò tacuit,quaſi velit facere differẽtiam inter conſenſum tacitum,& expreſſum,contra regulã iuris,ꝙ taciti,& expreſſi eadẽ eſt virtus,& potentia. Per tex.in l.de quibus.in fi.ff.de legib.& in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.& in l.triticum,ff.de verb.oblig.& vtrobiq; notatur. Maximè quia: ſi ille textus loquitur in tacẽte, habemus alium in expreſsè conſentiẽte (quem pro d. opinione allegaui) qui eſt.d.§.quæ onerandæ. & ſic, quod vna lex non dixit altera diſpoſuit, ideò ceſſat inſtantiam dictæ reſponſionis Angeli.

RECAPITVLATIONES §. 1.

METVS reuerentialis operatur tàm in prophanis: q̃ in ſpiritualibus. 1.

Metus reuerentialis in ſpiritualibus ita operatur in maſculis,ſicut in fœminis. 2.

Imperium patris vitiat religionem filij. 3.

Imperium parentum cauſat ſufficientem metum ad inhabilitandũ actum à libera voluntate dependentem. 4.

Intellectus.c.1.§.fi.de deſponſat. Impub.in 6. 5.

L.ſi patre cogente.ff.de ritu nupt. corrigitur. 6.

Ius Canonicum in matrimonialibus, & alijs Spiritualibus eſt at-

tendendum. 7.

Filij quo ad spiritualia non sunt in potestate parentum. 8.

Lex Sacularis potest in causis Spiritualibus allegari. sed non secundum ipsam diffiniri. 9.

Lex Sacularis ex defectu potestatis non valet in causis Spiritualibus. 10.

Iuramentum præstitum metu reuerentiali non valet. 11.

Reuerentialis metus excludit consensum præsumptum ex præsentia & taciturnitate. 12.

Fallit. 13.

PARAGRAPHVS SECVNDVS IN QVIBVS causis operetur metus reuerentialis.

1 FINITA iam secunda cõclusione paragraphi supra proximi deueniẽdum est ad tertiam conclusionẽ. in qua examinandum est, in quibus causis operetur metus reuerẽtialis. Et est dicendum ꝙ Angel. in §. quadrupli. insti. de actio. n. 8. & 9. sentit ꝙ solùm operatur in Spiritualibus, quia in eis requiritur voluntas libera. sed tamẽ veritas est in contrariũ. quia Iura, & Doctores simpliciter loquuntur, neq; faciunt distinctionem inter causas spirituales, & prophanas, vt videre est in d. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rer. act. non det. & in d. l. pe. dè furt.

Et cùm lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. l. 3. ff. de off. Præsid. glo. in auth. dè iudicibus. §. oportet autẽ. verb. videri. collat. 6. Tiraq. in Repeti. l. si vnq̃. C. dè reuocand. donat. verb. libertus, nu. 1. cùm mult. sequent.

Itèm in Spiritualibus operatur tàm in masculis, q̃ in fœmi-
2 nis. vt dè masculis habetur in c. præsens clericus. 20. q. 3. vbi Papa liberauit à religione quendam clericum qui dè mandato patris eam intrarat. Et dè fœminis habemus textum à contrario sensu in c. puellæ. 20. q. 1. & in c. cum virũ. dè regularib. in quib. disponitur: ꝙ puellæ quæ non coactę imperio parẽtum suscipiũt ha-

habitum virginitatis, eum differere non possunt. ergò à contrario sensu si coactæ imperio parentum, eum differere possunt. Cũ contrarius sensus legis pro lege habeatur vt latè Euerar. in suis
3 topicis legalib. c. à contrario sensu. Ex quibus iuribus duæ deducuntur Regulæ: vna in specie religionis, altera in genere cuiuslibet casus spiritualis. Primam educit glo. in d. c. præsens clericus. verb. patrẽ. dicẽdo: quod solum imperium patris vitiat religionem filij absq; aliqua ui, uel metu. quam glosam. (immemores ipsius textus) sequuti sunt ex professiò vtriusq; classis doctores, Bar. (dicẽdo eam dicere ueritatem) in d. §. quæ onerandæ. n. fi. Alex. (dicẽdo eam singularẽ) in d. l. si cum dotẽ, §. eo autẽ tẽpore. n. 11. uersi. puto. ff. soluto matri. Imola (dicẽdo eam continere æquitatẽ: quia de facili minæ probari non possunt) in d. c. causam matrimonij. de off. de legat. n. 11. idẽ dicẽdo eã nõ esse alibi) in d. §. eo. autẽ tẽpore. n. 15. uers. aduerte tamẽ. Ias. in auth. ingressi. C. de sacrosan. Ecclesijs. dicẽdo eam non esse alibi idem Ias. (dicẽdo eam singularẽ, & peregrinam) in d. §. quadrupli inst. de actio. nu. 62. & Pirrus in l. nihil consensui. ff. dè reg. iur. uers. secundò metus. Hippol. de Mars. (dicẽdo eam singularẽ) l. unica, C. dè raptu uirgi. n. 43. & in sing. 347. n. 2. Io. Igne. in l. 3. §. elegantèr. n. 166. ff. ad Silleyan. Euerard. (dicẽdo eam singularẽ) in suis topicis legalib. c. à matrimonio carnali ad spirituale. n. fi. in 19. different. Xuarez (dicendo eam elegantem) in allegat. 24. n. 5. Menchaca in qq. illustrib. c. 35. n. 17. And. Geil (dicendo eam singularem) in suis practi. obseruatio. lib. 2. obseruatio. 93. n. 24. Nauar. (dicendo eam singularem) in suo manuali latino. c. 22. n. 51. uers. 4. dicit hanc communem Couarru. in 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 6. n. 7. Neq; est curandum dè Abbate neq; dè alijs doctoribus relatis à Dec. in d. c. causam matrimonij. dè off. delegat. n. 6. neq; dè Couar. d. n. 7. neq; dè Padil. in d. l. interpositas. n. 17. qui discedunt à prędicta glosa: quia perperam, & in aduertenter loquuti sunt: quia non loquuntur contrà simplicem glosam, neq; contra solam communem opinionem, sed contrà ipsum textum expressum. in d. c. præsens clericus. qui

de-

Digitized by Google

decidit expressè illud, quod notauit illa glosa, & sic est decisio textualis, & non glosæ, neq; communis opinionis.

4 Secunda regula, quæ in genere deducitur est, quam educit Ant. de But. in d. c. cùm virum. de regularib. n. 6. dicendo: quod parẽtum imperium causat sufficiẽtem metum ad inhabilitandũ actum à libera voluntate pẽdẽtem. Quem refert, & sequitur Angel. in d. §. quadrupli. inst. dè actio. n. 9. & ibi Iass. n. 62. & Pirrus in d. l. nihil consensui. ff. de reg. iur. d. vers. secundò metus. & Alex. in d. l. si cùm dotẽ. §. eo autèm tempore. n. 11. ff. sol. matri.

5 Ex quibus eleganter infero interpretationem ad c. 1. §. fi. de desponsatio. impu. lib. 6. (vbi disponitur, ꝙ sponsalia contracta per patres pro filijs præsentibus, & tacentibus valeant, & obligent) ꝙ non procedat quandò filius tacuit dè mandato patris.

6 Infero secundò correctionem ad l. si patre cogẽte, ff. dè ritu nuptiar. & ad doctores, qui eam sequuntur, & allegant (quæ disponit ex diametro contrarium nostris proximis regulis, & interpretationi, scilicet ꝙ valeat matrimonium contractum à filio patre cogẽte) quia dispositio illa est contraria iuribus Canoni-

7 cis superiùs allegatis. Quià est Ciuilis, & sic non attẽdẽda: cùm in matrimonialibus. & Spiritualibus ius Canonicum, & non Ciuile sit attẽdendum, & obseruandum, vt passim, & vbiq; doctores, maximè per Couar. in 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 8. per totum vbi latè. & Gamma in decisio. Lusitan. 1. p. dec. 314. à principio vsq;

8 ad n. 4. Et filij quò ad spiritualia non sunt in potestate parẽ-

9 tum. per tex. in c. fi. dè Iudit. lib. 6. Vndè rectè dixit Archid. in c. statutum. dè rescript. lib. 6. n. 6. vers. quid si causa commissa est? Quòd lex humana potest in causis Spiritualibus allega-

10 ri, sed non secundùm ipsam est diffiniendum. Et Iulius Clar. in lib. 4. §. Emphyteusis. n. 7. dicit: ꝙ lex sæcularis ex defectu potestatis nõ valet, neq; dè ea curandum est in causis Spiritualib.

11 Ex nostra principali conclusione (scilicet, ꝙ metus reuerẽtialis est iustus, & operatur in causis Spiritualibus) infero confirmatiõnẽ ad Doctores tenẽtes, ꝙ iuramẽtum metu reuerẽtiali præstitum non obligat, neq; tenet. qui sunt Bal. in l. ẽt. C. ad Vel

leian.

Ician.n.3.& Hippol.dè Marſ.qui eum ſequitur in ſingul.347.n. fi.vtrumq; refert,& ſequitur Mēchaca in qq.illuſtrib.li.1.c.35. n.18.& Menchacam refert,& ſequitur Marti.Caſtri.in annotatio.ad Maſſuer.in tit.dè iurciu.n.8.

12 Infero ſecundò : ꝙ metus reuerētialis operatur in caſu pręſumptionis: ſcilicet, quòd impedit conſenſum aliàs præſumptū ex præſentia, vel taciturnitate, ſeu patiētia. tex. ad hoc eſt expreſſus in d.l.pe.ff.dè furt.& tenēt.dd.quos allegat Tiraq. in ll. Connubialib.gl.5.n.38. Quod fallit in cauſis matrimonialibus per tex.in d.c.1.§.fi.deſponſatio.impub.lib.6.

RECAPITVLATIONES. §.3.

Metus reuerentialis etiam operatur in foro Poli. 1.
Etiamſi non ſit tantus quantus requitur in foro fori. 2.

§. TERTIVS AN METVS REVERENTIALIS operetur in foro Poli?

1 AD quartam concluſionem accendēdo (quæ ſe habet, an metus reuerētialis operetur in foro Poli, ſicut in foro fori?) dico ꝙ ſic vt tenet Sum.Angelica in verb.metus verſ.quid ſi metus ſit ſolum.Quē refert,& ſequitur Io.Plot. in tract.dè in lit.Iur.§.3.n.91.& tenet Adria. in 4.de reſtitut.q. 2.verſ.ex hiſ. Ampliatur in tantum, ꝙ in foro Poli non requiritur tantus metus, quantus in foro fori, vt Adrian.vbi ſuprà. quē refert,& ſequitur Nanar.in ſuo manuali lati.c.17.in princ. nu.4.& 15.& eundem,& Syluestrum refert, & ſequitur Couar. inreg.peccatum.de reg.Iur.in 6. 2.p.§.3. num.7. licet in hoc de leui metu diſcedat Sarmiento tenendo contrariam opinionem in lib.2.ſelectar.c.11.nu. 6. & 10.

RE-

RECAPITVLATIONES. CAP. 5.

Potentia est duplex vna cum iurisditione, altera sine iurisditione. & qui sint potentes, n. 1. & n. 15.
Rex est persona potens ad metum inferendum. 2.
Iudices terrarum sunt potentes ad metum inferendum. 3.
Officiales etiam mediocres sunt potentes ad metum inferendum. 4
Domini terrarum (vt Prelati, Duces, Marchiones, & alij similes) sunt potentes ad metum inferendum. 5.
Tyrannus est potens ad metum inferendum. 6.
Locumtenentes, & comissarij, & nuntij prædictorum superiorũ sunt potentes ad metum inferendum. 7.
Dicti potentes inferunt iustum metum, etiam si minæ, vel verbera non præcedant. 8.
Etiam si contractus fiat ad vtilitatem tertij. 9.
Prædictæ conclusiones limitantur quandò dicti potentes non habent potestatem in actu, sed solum in habitu. 10.
Et quandò non sunt potentes aduersus eum, qui dè metu illato quæritur. 11.
Et quandò persona est multum loquens, & modicum faciens. 12.

CAP. 5. DE METV POTENTIALI.

EXPLICATO iam metu reuerentiali, deuenire ad metum Potentialem necesse est. Pro cuius explanatione est præmittendum: primò, ꝙ in hoc capite non tractatur de potẽtia personæ priuatę, quia dè potentia diximus in §.4. secundi capitis, sed personæ Publicæ, & habentis iurisditionem, quæ dat ei potentiam. Secundò præmitto, ꝙ duplex est potẽtia, vna sine iurisditione altera cùm iurisditione. vt Bart. in l. interpositas, C. dè transactio. nu. 5. & 6. Et ea, quæ est sinè iurisditione subdiuiditur: ꝙ vna est sinè aliquo dominio seu reuerẽtia. dè

qua

quā diximus in §.4.secundi capitis. Altera cùm aliquo dominio,seu reuerentia dè qua diximus. in Ca. supra proximo cùm suis paragraphis. Tertiò præmitto,ꝙ potentia quæ est sinè dominio,seu reuerentia non infert metum, text.in l. ad inuidiam, C. isto titulo.quem ita intelligit Bar.in l.aufertur.§.quod à Prę side.ff.de iure Fisci.n.vnico.& Alexan.in l.si per impressionem, C.isto ti.n.3. quos refert,& sequitur Maranta in disput.6.n.15. in fi. Quartò præmitto, ꝙ de potentia cum iurisditione est materia huius paragraphi. & quod ista infert iustum metū,vt Bar. vbi supra. Et personæ, quę habent hanc potentiam sunt sequentes.

2 Primò Rex.in quo Populus omnē transtulit imperiū,& dominium.tex.in §.sed,& quod Principi placuit.inst.de iure Natu.Gent. & Ciuil.

3 Item quilibet Iudex terrarum tex.in d.l.si per impressionē C. isto tit.l.1.C.si Rector Prouint.facit l.1.C.dè contract. Iudicū. quę anullat contractus factos à Iudicibus.Burg.dè Paz in cons. 25.num.71.

4 Item officiales Iudicum inferunt iustum metum tex.in d.l.1 C.si quacumq; prædit.potest.ibi. minacem.& ibi notat Bal.n.2 Etiam si sint mediocres officiales,vt in his qui positi sunt ad denuntiandum,& similium. quia de his etiam loquitur. d. l. si per impressione.vt Bar.in d.l.aufertur.d.§.quod a Præside.d.n.vnico.ff.de iure Fisci.

5 Item quilibet Dominus terrarum, vt sunt Prælati, Duces, Marchiones.&c.Innoc.in c.si diligenti. de præscriptio. Gaspar Calderin.in conf.1.istius titul.per tot.Bal. in extrauag. dè pace Constant.§.pactiones,n.1.& Alij quos refert,& sequitur Guid. Papa in decisio.407.n.2.in medio.& in tract.de præsumptio.n. 124.Burg.de Paz.d.n.71. Episcopus enim æquiparatur Duci, & Comiti, allegationes adducit Marant.in sua practi.in 5.dist. iud.nu.13.

6 Item Tyrannus,vt in exēplo posito per Bar.in l.3.ff.ex quib. caus.maio.n.1.idem expressius in l.prohibere,§.Planè, ff. quod

vi, aut clam.n.3. Abb.in c.2.isto tit.n.3. Anchar.in consf.299.n. 1.Ang.in consf.279.per tot.Affl.in dec.69.n.5. Albert. Brun. in consf.82.n.4.Roland.Vall.in consf.83.n.27.vol.2.Andr. Geil in pract.obseruat.lib.2.obseru.93.n.19. Gaball.in suis milleloqu. c.786.ad fi. Etiam si non sit solitus sæuire, aut minas exequi, vt prædicti Doctores in dictis locis. Et in tantùm, quod non solum eius iussus, sed eius præces inducunt iustum metum, vt testatur Plato.quem refert Cicer.diendo: non tàm fucos huius timeo, quam parendi necessitatē. Nam Tyrannorum præces (vt ait Plato.) scis necessitati admixtas esse. quem refert, & sequitur Erasmus in suis Chilia.prouerbio.Præces armatæ.& tenet Abb.in c.cum dilectus, isto tit.nu.8. Quod comprobatur ab eius significatione, & vita Nam Thesaurus linguę Latinæ in verb.Tyrannus dicit: Tyrannus apud veteres dicebatur Dominus omnem habens potestatem in subditos.quod etiam dicit Lucas de Penna in l.militaribus, C.de Decurio.lib.10.n.1.& 2.vbi dicit: Tyrannus est, qui violenta Dominatione Populum præmit.vbi etiam plus dicit, quod Tyrannus nihil actum putat.nisi leges euacuet, & Populum in seruitutem deuocet. & quod Tyrannus est aduersariæ fortitudinis, & Luciferariæ prauitatis imago.& alia multa, quæ hic non repeto. Cuius vitam describit Cicer. dè amicitia. nu. 48.dicendo: hæc est enim Tyrannorum vita: nimirum in qua nulla est fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentię potest esse fiducia, omnia semper suspecta, atq; solicita sunt, nullus locus amicitiæ. De quibus, & eorum vita etiam habemus, l.10 tit.1.p.2.

Amplia, quod non solùm isti potentes, sed eorum loca Tenentes,
7 & Nuntij, & Commissarij inferunt iustum metum. vt Bart. in l. de pupillo.§.si quis ipsi Prætori.nu.19.ff.de oper.noui. nunt. & alij.dd.quos refert, & sequitur Aret. in cons.24. n.7. & Marant. in disputatio.6.n.33.

Amplia secundò, et si tales personæ non inferant minas,
8 vel verbera, sufficit enim Potentia, licet non deueniatur ad actū per ea, quæ traddit Aret.in d.cons.24.à n.9.vsq; ad 13. quæ retuli

Digitized by Google

tuli supra in c.proximo.§.1.n.5. ibi. confirmo etiam rationibus adductis ab Aret.& Marant.d.n.33.

9 Ampliatur tertiò etiam si contractus fiat ad vtilitatē tertij, arg.tex.in l.venditiones.C.isto tit.ex sui generalitate, & per illum tex.ita tenet Alex.in d.l.si per impressionem.n.4. & Maran. d.num.33.

10 Limitantur primò prędictæ conclusiones, quandò prædicti Potentes habent potestatem,& potētiam solummodò in habitu,& non in actu: quia tunc eorum potentia non operatur neq; inducit iustum metum tex.in l.ad inuidiam,C.isto tit.vbi quia Senatores habent potentiam solùm in habitu,& non in actu nō inferunt iustum metum.

11 Secundò limitantur quandò(ēt si habeant potētiam in actu) non sunt ita potētes,q̄ possint metum inferre illi cui dicitur metus illatus per tex.in l.penult. ff. de furt. & per ea, quæ dicemus infra capite octauo.§.3.n.18.

12 Tertiò limitantur,si persona est multùm loquentes, & modicum faciens,vt Bar.in l.metum C.isto tit.nu.1.

RECAPITVLATIONES. CAP. 6.

Perfidia quæ sit. 1.
Metus perfidiæ versatur circà personas,quarum perfidia probabiliter nobis nocere potest. 2.
Medici perfidia timenda est.
Chirurgi perfidia timenda est. 3.
Pharmacopolæ perfidia timenda est. 4.
Phlebotomi perfidia timenda est. 5.
Barbitonsoris perfidia timenda est. 6.
Obstetricis perfidia timenda est. 7.
Aduocati perfidia timenda est. 8.
Procuratoris perfidia timenda est. 9.
Nuntij seù) perfidia timenda est. 10.
Aparitoris)

M e Ta

Tabellionis perfidia timenda est. 11.
Administratoris perfidia timenda est. 12.
Magistri nauis perfidia timenda est. 13.
Capitanei perfidia timenda est. 14.
Praesidis alicuius Castri perfidia timenda est. 15.

CAPVT SEXTVM DE METE PERFIDIÆ.

1 IN hoc loco se offert nobis examinandus metus perfidiæ. est autem perfidia, violatio fidei, vt videre est in Lexicone Theologico verb. Perfidia. Et sic Perfidus est, qui fidem violat, vt dicto Lexicone vbi supra, & Thesaurus linguæ Latinæ verb. Perfidus.

2 Versatur iste metus generaliter circà personas, quarum perfidia probabiliter nobis nocere potest. Quià omnes casus non possunt in specie decidi. tex. in l. non possunt. Cùm lege sequen
2 ti. ff. de legib. Pono exéplum in Medico dum curat infirmum quia eius perfidia iustè timetur. tex. express. in l. Medicus, ff. dè var. & extraord. crim. tex. in l. Archiatri. C. dè professor. & med. lib. 10. & Rotfr. Beneuent. in tract. ordin. Iudi. p. 5. tit. dè off. iud. prop. quod reuocat. res data medico. per totum. vbi ponit formam libelli. glo. 1. & Bar. in l. interpositas, C. de transact. n. 5. & ibi Rom. nu. 10. & ibi Alciat. nu. 20. Ias. in §. quadrupli. inst. de actio. n. 57. & ibi Zaz. nu. 10. & alias allegationes adducit Azebedo in l. 7. per totum tit. 16. li. 2. Recopil. & in l. 10. n. 1. eo. tit.

3 Iddem dicendum est in Chirurgo, dùm curat infirmũ, quia eadem est ratio in eo, quæ in Medico.

Iddem dicẽdum est in Pharmacopola, dum est in actu mittẽ-
4 di sua pharmaca infirmo. quia eadem ratio militat in eo. Et dũ hęc scriberem habui notitiam, de quodam pharmacopola, qui ita occidit quemdam infirmum.

5 Iddem dicẽdum est in Phlebotomo, dum uenam infirmo per tundere vult: quia eadem est ratio.

6 Iddem dicendum est in Barbitonsore, dùm trahit, vel trahiturus

rus est nouaculam circà gutur illius quem tondit. Quia eadem est ratio.

7 Iddem dicendum est in Obstetrici, dum est in actu obstetricandi. Quia eadem est ratio.

8 Iddem dicendum est de Aduocato, dum lis agitatur. per tex. in d.l.7.tit.16.li.2. Recopil.& ibi Azebedo per totam. & Rom. in d.l. interpositas.n.11. C.dè transactio.

9 Iddem dicendum est de Procuratore: quia potest colludere cum aduersario. eadem ratione qua in aduocato. & Roman. vbi supra.

10 Et an iddem dicendum sit in Nuntio, seu Apparitore mouet dubium, quia Ias. in l. sennium, C. qui testa. facer. poss. n.2. in fi. Pet. Royz in decisio. Lituani. dec.2.n.42. referunt: q Bal. in c. cũ parati. de appellatio.n.2. dicit: q leue damnum afferre potest. si ergo leue damnum afferre potest non timebitur iustè eius perfidia. sed tamẽ Bald. non dicit illud, sed dicit: q creditur vni nũtio iurato, vbi agitur dè paruo præiuditio. & sic malè refertur à prædictis Doctoribus in prædictum sensum. & ex illa doctrina Baldi, & ex Pet. Royz vbi supra n.43. cùm sequentibus (vbi determinat, q Nuntius, seu Apparitor magnum damnum nobis afferre potest) corollariè sequitur, q eius perfidia inducit iustũ metum.

11 Iddem dicendum est de Tabellione: quia secundum Baldum, & Pet. Royz, vbi supra proximè magnum damnum afferre potest.

12 Iddem dicendum est de quocumq; Administratore, cui res nostra administranda traddita est.

13 Iddem dicendum est dè Magistro Nauis vbi res, seu persona nostra geritur: quia potest Nauem perdere, seu in diuersam, seu inimicorum Prouinciam deferre. de quo fui factus certus a patre meo, q ei, & alijs militibus (qui ex bello Genuensi cùm magnis spolijs Hispaniam petebant) ita accidit, vbi spoliati fuerunt à prædictis diuitijs.

14 Iddem dicendũ est de Capitaneo, qui habet, Exercitũ sub potestate sua.

Iddem

Digitized by Google

15 Iddem dicendum est de Præside alicuius Castri, seu fortalitij.& sic de similibus.

RECAPITVLATIONES CAP. 7.

Causa qualibet iusta inducit iustum metum causa iusta quæ dicatur? Ibid. 1.

Lemures, & tetra Imagines inducunt iustum metum. 2.

Vis fluminis inducit iustum metum. 3.

Pestis inducit iustum metum. 4.

Exercitus adueniens inducit iustum metum. 5.

Bellum inducit iustum metum. 6.

Domus minans ruinam inducit iustum metum. 7.

Domus altera minans ruinam super domum, quam quis inhabitat inducit iustum metum. 8.

Prædictæ conclusiones declarantur: quòd conductor teneatur nuntiare domino. 9. *& n.* 10.

Fallunt prædictæ conclusiones si causa timoris aderat tempore conductionis. 10.

Incendium alterius domus inducit iustum metum, vt possit domus media destrui. 11.

Vis ventorum inducit iustum metum, vt possit quis rumpere funes alterius nauis ad suam conseruandam. 12

Periculum suarum mercium est iustus metus, vt quis alienas merces proijciat in mare. 13.

CAP. 7 DE METV ALIARVM CAVSARVM.

Restat nunc vltimò de metu aliarum causarum, & occasionum præter metum legis, & hominis differere. Cuius campus latus est, quia nulla lege circunscriptus. Et in primis sese offert nobis textus celebris, & Capitalis in materia in l. habitatores. §. si. ff. locati. Cuius verba sunt: iterùm in

ter-

Digitized by Google

terrogatus est, si quis timoris causa emigrasset, debere mercedẽ necne? Respondit: si causa fuisset cur periculum timeret, quãuis periculum verè non fuisset, tamẽ non debere mercedẽ. sed si causa timoris iusta non fuisset, nihilominus debere. Ecce quomodò generaliter diffinitur si causa fuisset cùr periculum timeret. ergò quotiescùmq; fuerit causa, erit & causatus metus. Et sic quęlibet causa, quæ Iudici videbitur iusta cuiuscumq; qualitatis, & naturæ fuerit sufficiet. Tum, quia lege non est diffinitum, quæ causa sit iusta. & quod lege non diffinitur Iudicis arbitrio relinquitur, vt adducit Menochius in prohemio sui tractatus de arbitrar. iud. n. 5. Tùm quia quis metus sit iustus eius arbitrio committitur, vt diximus supra c. 2. §. 1. nu. 5. Et ideò doctores in varijs locis varias ponunt causas per hoc responsum.

2 Nam Christophorus Portius in §. fi. inst. de locat. n. 6. ponit causam Lemurum (quos Hispanè *Duendes, y Trasgos* vocamus,) & ibi decidit iustam esse causam timendi. sicq; practicatum testatur Couar. lib. 4. variar. resol. c. 6. per totum. & tenet ẽt Padilla in l. 2. C. dè transact. nu. 12. & Anto. Gomez. dè contract. cap. dè emptio. & venditio. n. 3.

3 Et Baldus in l. licet. C. de locato. n. 7. ponit causam, & exemplum in vi fluminis.

4 Et Abb. in c. propter sterilitatẽ. dè locato. n. 8. & Portius vbi suprà n. 7. exemplificant in causa Pestis. dicendo esse iustam causam inquilino ad recedẽdum. Et Abbatẽ refert, & sequitur Soc. in cons. 44. vol. 1. n. 4. dicit communem Ripa in tract. de Peste. 2. p. nu. 17. immò & possunt compelli exire, & amplius non intrare, ut Luduui. à Peguera in decis. criminalib. decis. 8. nu. 10. & 11.

5 Et sic potest exemplificari in aduẽtu exercitus. qui inducit iustum metum. ut est tex. in l. item quæritur, in prin. vers. exercitu veniente, ff. locati.

6 Potest ẽt exẽplificari in bello. nam bellum inducit iustum metum tex. in c. ex transmissa de præsumptio. & ibi Abb. n. 7. & Bar. in l. naturaliter, ff. dè vsucapio. nu. 22. Idem Abb. in consil.

3. vol.

3. vol. 2. num. 6. vers. sed his.

7 Item etiã quandò domus quam quis in habitat minatur ruinam: quia ex eo inducitur iustus metus. tex. express. in l. qui bona fide. §. dè illo quæritur. ff. de damno infect. & ibi gl. verb. ex conducto. text. etiam. in l. inquilino. d. tit. dè damno infect. Immo & violenter poterit extrahi per text. in c. ipsa pietas. 23. quæstio. 4.

8 Item est iusta causa, si domus alia minetur ruinam super domum conductam. Ità probat tex. in l. in hac stipulatione venit. ff. de dam. infect.

9 Est tamen aduertẽdum ad prędictas conclusiones, ꝙ in his casibus inquilinus, seu colonus tenetur denuntiare domino dictã migrationẽ, & ei traddere claues, seu consignare, aliàs tenetur ad pẽsionem, vt Doctores quos allegat Padill. in d. l. 2. C. dè trãsactio. nu. 13. prò quibus est text. express. in d. l. itèm quæritur.
10 in princ. vers. exercitu. ff. locati. Quod est intelligẽdum, quòd teneatur si dominus passus sit aliquod damnum, ex eo ꝙ nõ fuerit ei facta denuntiatio: sed si nullum passus sit damnum, ad nihil tenebitur, ut Ripa in tract. dè peste. 2. p. n. 23.

11 Fallunt prædictę conclusiones primò, si causa timoris aderat antè conductionem. ut gl. in d. §. fi. dictæ legis: habitatores, ff. locati. verb. verè. Quæ fallentia simpliciter mihi non placet, sed cùm distinctione: quòd aut sciuit conductor: & tunc procedat dictum glosæ, & nostra fallẽtia: prout in sciẽte tenet Ioan. Igneus in Repetitio. l. Contractus, ff. de reg. iur. quem refert, & sequitur Ripa, ubi supra. num. 36. Aut conductor ignorauit, & tunc non procedat dictum glosæ, neq; nostra fallentia. Eo quia locator tenetur vitium rei locatæ conductori patefacere. tex. in l. sed addes, c. 1. ff. locat. Alias fallentias ponit Rip. vbi supra à n. 27. vsq; ad 46. quæ, & si in specie Pestis loquantur, erit iddẽ in alijs causis, in quibus militat eadem ratio. quas hic non repeto: ne eum hic transcribam.

12 Item incendium alterius domus inducit iustam causam timẽdi, vt possit domus media destrui. tex. in l. si quis fumo. §. 1. ff. ad le-

legem Aquil.tex.in l.2.tit.15.p.7.Et Pet.Royz. in dec.Lituan. 4.dec.n.207. cum sequent.

13 Item vis Ventorum inducit iustam causam timēdi, vt possit quis rumpere funes alterius Nauis ad suam conseruandam.tex. in l.quēadmodum,§.item Labeo.ff.ad leg.Aquil. & Pet. Royz. vbi supra proximè.

14 Item periculum suarum mertium est iusta causa timēdi, vt quis alienas merces proijcere possit in mare.text. express. in l. si quis seruandarum,ff.de præscript.verbis. & Pet.Royz.vbi sup.

RECAPITVLATIONES. CAP. 8.

F*Allentiæ ponuntur in hoc capite ad duas Regulas nostræ materiæ.*

CAP. 8. DE DVABVS FALLENTIIS AD duas Regulas superiores.

1 SVpra in capitulo secundo,§.1.n.1. constituimus duas Regulas. Primam,qua diximus metum iustum regulariter esse sufficientem in omnibus,& per omnia. Alteram,qua diximus metum leuem nihil operari. Et promisimus hoc in loco apponere fallentias vtriusq; Regulæ: vndè promissum absoluamus,sequentes paragraphos subnectemus,in quibus adamusim Deo adiuuante prædictarum Regularum fallentiæ inuenientur.

RECAPITVLATIONES. §. 1.

M*Etus non excusat factum in quo mortale,seu veniale peccatum committatur.n.1.& n.3.*

Metus licet non excuset in his quæ continent peccatum, attamen attenuat culpam. 2.

Delictorum: quædam sunt leuia. quædam grauia,& grauiora,&

 gra-

grauissima. 3.

Deffensio est licita: & in ea non committitur peccatum, neq; irregularitas. 4. & n. 7.

Defensio est ita licita, quòd licet quis sit in bono statu, possit agressorem occidere. sed tunc magis meritorium est permittere se occidi 5,

Sacerdos celebrans missam potest agressorem occidere, & manibus sanguinolentis eam perficere. 7.

Casus in quibus factum metu mortis non continet peccatum, & in quibus continet. 8.

Aduocatus non excusatur metu mortis patrocinando in causa iniusta. 9.

Milites Rhodij non excusantur à tradditione insulæ Rhodi ob metum mortis. 10.

Accursius)
Cynus) corriguntur. 11.
Bartolus)

Captus ab hostibus in bello iusto tenetur adimplere contractum factum super libertate cum domino, & redire si laxatus fuerit cũ pacto de redeundo. 12.

Fortalitium habens potius debet peti mortem, quàm illud hostibus traddere. 13.

Rebellis est qui per metum rebellionem facit. 14.

Hæreticus est, qui per metum committit hæresim. 15.

Marius Salomon arguitur. 16.

Miles primus in acie fugiens, vel infirmitatem metu hostium simulans capite puniendus. 17.

Seruus Dominum deserens metu mortis non excusatur, quia debet salutem Domini suæ propriæ anteponere. 18.

Vaßallus Dominum deserens metu mortis excusatur, quia propriã salutem potest ante ponere saluti Domini. 19.

Vassallus potest se à Domino eum iniuriante deffendere, secùs eum castigante. 20.

Deffensio facti denegatur, vbi offensio est licita 21.

Def-

§. PRIMVS. DE FACTO VBI PECCATVM mortale committitur.

1 PRima fallentia sit in facto, in quo mortale committitur peccatum. Quia tunc temporis nullus metus etiam mortis excusat faciētem. Ita probat tex. in c. Lotharius Rex. 31. q. 2. tex. etiam in c. sacris. isto tit. gl. vnica. in c. 2. isto tit. in prin. & ibi Hostiens. verb. coactus. & Couar. in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 3. & hanc esse receptam conclusionem sinè controuersia apud omnes tàm Philosophos, q̄ Theologos, & iuris prudentes testatur Marius Salomon in l. 2. ff. de legib. vers. in hoc iure tàm vario. Et Cordoua in suo quæstionar. lib. 1. q. 29. per tot. Et vltrà rationem, quam Couar. adducit ex Aristotele ergo alteram affero (scilicet) quia peccatum est mors Animę, & potius debet seruari vita Animæ, q̄ Corporis. vt dicit Abb. in d. c. 2. n. 6. & in d. c. sacris, n. 5. isto titulo.

2 Et vt hanc conclusionem sciamus (prout periti scire debent) vltra illud, quod Menocchius latè & benè disseruit in suo tractatu de arbitr. Iudi. lib. 2. cent. 4. c. 354. per totum, est sciendum, q̄ Lex duodecim Tabularum, & Lex Aquilia pugnabant inter se. Nam Lex duodecim Tabularum etiam seruos in his noxalibus dominis parere nolebat. At Lex Aquilia eis (nisi fecissent) perituris parcebat. vt videre est in l. 2. §. is. qui non prohibet. ff. de noxalib. Vltrà hanc pugnam alia non minor inerat inter ipsos

legum latores. Nam Papinianus (qui fuit tẽpore Caracallæ Imperatoris anno 200. à natiuitate Domini) lib. 1. diffinitionũ dicit: lex est delictorum (quæ spontè vel ignorantia contrahuntur) coertio. vt patet in l. 1. ff. de legib. iddem dixit Martianus (qui fuit contemporaneus Papiniani) sequutus Demosthenem oratorem: qui antè eos illud dixerat, vt habetur in l. 2. ff. de legib. si est coertio eorum, quæ spontè committuntur, à contrario sensu non erit coertio eorum, quæ metu committuntur. Cũ contrarius sensus legis pro lege habeatur per l. qui testamento, §. mulier. ff. de testa. Et Iulianus (quem sequutus est Vlpianus) qui fuit post Papinianum, & Martianũ (nam fuit tempore Alexandri Imperatoris anno a natiuitate Domini 230.) tenuit in vtroq; casu siuè spontè, siuè metu delictum commissum puniri. vt videre est in d. §. is qui prohibet. d. l. 2. ff. de noxalib. & sic ex diametro illi legum latores pugnant. Et ipse Vlpianus lib. 7 r. ad edict. dixit: ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris ignoscitur seruis: si dominis, vel ijs, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus, & curatoribus) obtemperauerint: vt habetur in l. ad ea quæ non habent, ff. de reg. iur. Superuenere postea Iura Imperatorum, quæ mediam viam elegerunt: quia neq; impunitum reliquere, neq; pœna ordinaria (sed minori) puniere. vt patet in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi Publ. vbi Valentinus, & Theodosius rescripserunt: seruos violentiam cõmittentes vltimo supplicio adficiendos, sed id metu dominorũ perpetrantes metallo dãnandos. & in l. 2. C. de sepul. violat. vbi Constantinus seruum sepulchri violati reum metallo addicendum constituit, sed dominij iussione facientem relegandum. Ius verò Canonicum antiquum simpliciter disposuit iddem, quod Vlpianus (scilicet) pro nullo metu malum esse faciendum vt patet in d. c. Lotharius Rex 31. q. 2. & in c. ità nè. 32. q. 5. Sed ius nouum se ad normam Imperatorum redegit, vt patet in d. c. sacris. isto tit. Cuius verba sunt: licet metus attenuet culpam, quia tamen eam non prorsus excludit. &c. Et sic resolutio est, ꝙ pro nullo metu est faciendum aliquod factum continens pec

ca-

Digitized by Google

catum mortale, sed si factum fuerit, non pena ordinaria, sed mitiori puniendũ. vt patet ex dictis iuribus. scilicet ex d.l. Seruos. & ex d.l.2. & ex d.c. sacris. Quam resolutionem tenet Tiraq. in tract. de pœn. tẽperan. caus. 36. n. 3. & Pet. Roiz in decisionibus Lituanicis dec. 3. a n. 205. vsq; ad 232. qui multos casus ibi ponit. Istam Resolutionem Couar. nititur distinguere, seu melius loquendo, confundere in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 7. dicendo: eã procedere in grauibus solummodò, & non in atrocioribus. Pro cuius intelligentia est sciendum: ꝙ delictorum quædam sunt leuia, quædam grauia, quædam grauiora, quædam grauissima. vt doctores in l. leuia, ff. de accusat. & per Bar. in l. non solum. §. si mandato, ff. de iniur. n. 7. Hoc præsupposito ego nolo acquiescere distinctioni Couar. Tum quia d. l. seruos. loquitur in violentia, pro qua imponitur pœna mortis, quod est delictum grauissimum secundùm distinctionem Bartoli. d. n. 7. Tum quia d. c. sacris. loquitur in distinctè, & generaliter est intelligendum. tex. in l. de pretio. ff. de publitia. gl. in c. 2. de coniugio leprosor. verb. generali. Tiraq. in prin. l. si vmq̃. C. de reuocand. donat. n. 66. Tum quia Doctores simpliciter transeunt cum hac nostra resolutione non distinguendo, vt in supra allegatis, & patet ex Luduuico Carrerio in sua practica criminali super parte de homicidio. §. sequitur ex quibus causis excusetur mãdatarius. n. 4. Et ista sunt addenda Iulio Claro in pract. crim. §. fi. q. 60. n. 17.

3 Ampliatur nostra principalis conclusio, ꝙ non solum sit punibile factum continens peccatum mortale quantocumq; metu mortis fiat, sed etiam si contineat solum modò peccatum veniale: quia neq; istud impunè committitur, etiam si metu mortis naturalis commitatur. tex. in c. primum. & in c. nè quis 22. q. 2. Abb. in d. c. sacris. isto tit. nu. 5. & S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. Couar. vbi supra nu. 3.

4 Quæ nostra conclusio principalis, & eius ampliatio debent intelligi, & procedunt, quandò ab aliquo compellimur alterum lædere, non autem quandò contrà aliquem nos lædere volentẽ deffensione vtimur, quia tunc non committitur peccatum, neq; irre-

irregularitas.tex.in l.vt vim. ff.de iust. & iure.& in cle. si furiosus. de homicidio.ita dicit,& intelligit Abb.in d.c.sacris.nu.5. & in c.2.de vit.& honest.cler.n.2.& Pet.Roiz in decisio.Lituani.dec.3.n.199. cum sequent.& Iul.Clar.lib.5.sententiar.§.homicidium.n.24. Rationem differentiæ ponit Abb.vtrobiq; dicendo: ꝙ quandò quis occidit suum aggressorem potiùs videtur pati, q̃ agere,& ꝙ aggressor videtur potius à se ipso occisus quam ab aggresso.

5 Et in tantum deffensio est licita, ꝙ etiam si aggressus diligenter animi conscientiam examinauerit,eaq; fecerit,quæ ad salutem spiritualem sunt à fidelibus agenda, possit occidere inuassorem, quem scit esse ob illam inuasionem in peccato mortali. vt tenent Io.Maior,& Soto.quos refert,& sequitur Couar.in d. cle.si furiosus in 3.p.§.vnico.n.1. in fi.vbi reprobat eos,qui cōtra sentiunt. Non tamen negatur esse tunc magis meritorium permittere se occidi,q̃ occidere.ex c.non est nostrum. 23.q.5.& ex alijs.dd.quos refert,& sequitur ipse Couar.in 4.decre. 2.p. c. 8.§.12.n.17.reprobato Paulo Castren.qui contrarium voluit. Sed contrà nostram intelligentiam insurgit glo.in d. l. vt vim. verb.nam iure.dùm tenet, ꝙ illa lex procedit de iure fori, non cœli. cui fauere videtur Doctrina domini nostri Iesu Christi. in Euangelio Matthei.c.5. dicentis: ego autem dico vobis non resistere malo: sed siquis te percusserit in dexterā maxillā tuā, prebe illi & alteram. Sed tamen resolutio est, ꝙ intelligentia nostra est uera,& ꝙ predicta glosa perperàm loquuta est,ideoq; communiter reprobatur à Doctoribus ibidē,& ab alijs quos refert,& sequitur Couar.in d.cle.si furiosus.de homicidio. 3.p. §. vnico.n.1.& Frater Cordoua in suo quæstionario.li.1.c.38.vbi latè tractat materiam. Neq; obstat prædicta authoritas Euangelij,quia non aduersatur nostræ conclusioni,vt patet ex distinctionē Episcopi Abulensis super d.c.5.q.338. Cuius verba(q̄ a ab omnibus non habetur) hic transcribam. dicit enim: aut fecit animo nocendi: aut solùm animo deffendendi. Si animo nocēdi peccat,quia repugnat hoc charitati. si autem animo defen-

fendendi rem suam non peccat; quia hoc potest stare cum charitate. Si tamẽ videat aliquis improbitatem volentis in ferre iniuriam, vel damnum: & quòd non potest resistere ei, nisi malum inferendo, licitũ est infirmis (idest imperfectis) hominibus hoc facere, licet non debeant occidere aliquem, vt res suas deffendant (vt ostendimus supra. q. 110.) quamlibet tamen aliam impugnationem facere licet, & hoc dè Iure Diuino. dè Iure autẽ Humano impunitus est, qui occiderit latronẽ in via, cùm non possit aliter res suas liberare. si autem est perfectus, debet abstinere: & potius debet pati, quòd tollantur sibi temporalia bona, aut inferantur iniuriæ, q̃ resistere, quandò resistẽdo timet, quòd sequãtur indè vulnera, aut mors, vel pereat charitas inter proximos, & in hoc est perfectio, velle potiùs temporalia bona perdere (quæ deffendere licitum est) q̃ proximo nocere, vel charitatem ponere in periculo. & istam perfectionẽ tangit Christus hic. vndè dicit August. lib. de sermo. Domini. quòd iusta Phari seorum erat minor (scilicet) non excedere modum vindictæ. hęc autẽ est incohatio pacis, & perfecta pax, talem penitus nolle vindictam. vndè ponuntur Gradus circà iustitiam, & in iustitiam in retributione. Primus est, ꝙ redatur maius malum pro minori malo. Medius est, æquale malum redere. Perfectus gradus est, nolle malum redere. Sunt autẽ intèr istos alij Gradus, vt omnes comprehendantur, dicendum est, quòd sunt sex. gradus in hoc: Quorum primus est, malum inferre illi, à quo nihil suscepimus, & iste maximè à iustitia distat. Secundus est, cùm læsus repẽdit malum prò malo, & tamẽ repẽdit plus, q̃ passus est, & istud est malum, licet minus. Tertius est cùm læsus malum reddit tantum quantum passus est, & iste non solum licitè, sed etiã misericorditer, si plus potẽs inferre, voluit solum æquale rependere. Quia grauius puniri debebat, qui priùs alium ostendit. Quartus est. quandò læsus rependit, minùs tamen, quam suscepit. & iste pertinet ad misericordiam. Quintus est, quandò læsus nihil vult redere, sed remittit, & iste magnæ perfectionis est. Sextus est, quandò non solum non retribuit malũ, sed etiàm pa-

paratus est maiora mala sustinere, & iste est gradus perfectissimus. istum Christus posuit dicens: non resistere malo, nam non dixit, non vos vindicantes, sed non resistere malo, quod est permittere, eum plura mala inferre si voluerit. dè his etiam gradibus tangitur. 23. q. 3. c. sex differentiæ. Dicendũ tamẽ est, quandò quæritur generaliter an liceat resistere malo? Quod vindicare pro malo iam suscepto non est semper licitum. resistere tamen malo (quod est prohibere eum, ne mala faciat) omnibus hominibus licitum est, & omni tempore, immo est meritorium, vt non permittatur proximo peccare, nisi quandò ex defensione timetur scandalum aliquod, vel ꝙ charitas periclitabitur: quia tunc saltèm in perfectis viris non est licitum resistere. Hactenus Episcopus Abulensis.

6 Et in tantum ampliatur nostra intelligentia, & conclusio (scilicet ꝙ occidere inuasorem non sit peccatum) ꝙ sacerdos celebrans missam si aggressus occiderit inuasorem aliter mortem vitare non valens, poterit manibus sanguinolentis missam perficere. ita dicit Elias Reg. in expositione casus. d. cle. si furiosus, & Io. de Lign. in tract. de iusto bello. quem refert, & sequitur Abb. in d. c. 2. dè vita, & honest. cler. n. 2.

7 Est tamen aduertẽdum ad materiam defensionis, & ampliationum eius, ꝙ debet intelligi, ꝙ sit fienda cùm moderamine inculpatæ tutelæ. per tex. in l. 1. C. vnde vi. Et quandò dicatur fieri cùm moderamine inculpatæ tutelę defensio, nititur explicare gl. in d. l. 1. verb. moderatione. dicẽdo: ꝙ istud moderamen consideratur circà tria. Primò circà modum se defendendi. Secundo circà tempus. Tertiò circà causam defensionis. quos tres modos latè prosequitur Bologn. in cons. 36. vers. verùm si dicatur. & Blanc. in pract. crim. fol. mihi 146. n. 2. vbi dicit communiter teneri. prout refert, & sequitur Iul. Clar. in lib. 5. sententiar. §. homicidium. n. 34. & etiam latè prosequitur Luduu. Carrer. in sua pract. crim. tract. dè homicidio. §. circà quartum. nu. 2. quem hic non repeto quia ab omnibus haberi potest. Sed tamẽ resolutio est, ꝙ tunc dicitur moderamen inculpatæ tutelæ, quã-
dò

Digitized by Google

dò aliter se defendere non potest.tex.express.in l.scientiam.§.q cum alitèr.ff.ad leg.Aquil.quē adducit Bar.in l.furē, ff. ad leg. Cornel.dè Sicar.n.3.& in d.l.1.C.vndè vi.n.7.& Io. Milleus in sua practica criminali in secundo teste.n.15.& Ang. dè malefi. verb.& dictus Titius se defendēdo.n.7.& Nauar.in suo manua li latino.c.15.in prin.n.3. Et pœna excedentis modum est arbi traria,vt Menoch.in tract.dè arbit.lib.2.cēt.3.c.278.per tot.

8 Ad nostram principalē conclusionem (quæ se habet potius mortem naturalem esse subeundam,q̃ peccatum mortale,seu ve niale committendum) redeundo, referre libet aliquas quæstio-nes,& illationes annectere. Et in primis referam quatuor quę-stiones à Mario Salomone explanatas in d.l.2.ff.dè legib. vers. hinc pulchræ quęstiones. Prima est an fame periturus possit ab excommunicato cibum petere? Quam quæstionē antè cum te-tigit Abb.in d.c.sacris.isto tit. n.4. Secunda an lapsus in puteū nè ibi pereat possit ab excommunicato opem petere? Tertia est an professus (qui carnes prohibetur manducare lege professio-nis) si venit in eum locum vbi nulla alia re nisi carne cibari po-test,possit vti carnibus,nè fame pereat. Quarta an iussus à Ty-ranno occidi si ab esu carnium abstinuerit,an possit eis vti? Et Respondit communiorē opinionē Theologorum,& Canonista rum esse,vt in tribus primis casibus licitum sit id facere.in quar to autē non.vbi adducit aliquas Historias veteris Testamēti de Iudeis,qui propter famē porcinas carnes contra legis prohibi-tionē impunè sumpsere. & dè Dauid qui panibus propositionis vsus est. & dè Machabeis,qui potius mortem subiere,q̃ carnes à lege prohibitas dè mandato Regis Antiochi gustare volue-rint. Rationē differentiæ inter vnum,& alteros casus assignāt. dd.(vt ipse dicit) quia multum differt, Naturæ obedire nè pe-reat,vel in contēptum Diuinæ Legis hominibus magis, q̃ Deo ob mortis timorē placere,sicut aliud est se ipsum occidere,aliud ab alio iugulari. Antonius autē de Butrio in d.c. sacris.isto tit. n.9. in fine dat aliam (scilicet) quia primo casu (& iddē est di-cēdum dè duobus sequētibus), principium mouēs mortē venit

O ab

ab intra: nàm patiẽdo mortẽ propter famẽ quis disponit in se ipsum, ita q̃ videtur se ipsum occidere: ex quo potest sibi subuenire. sed in vltimo casu principium mouẽs mortẽ venit ab extrà, quia alius minatur, & iste videtur pati, & non agere. Abbas ẽt ibidẽ. n. 7. dat aliam rationẽ dicẽdo: quia maleficia distinguũtur proposito, & voluntate: & sic qui communicat cum excommunicato propter famẽ, non agit cum eo communicare, neq; committere iniquitatẽ, sed principaliter subuenire necessitati suæ. is q. communicat pp metum, agit committere iniquitatẽ, quia ad ipsam committẽdam compellitur, quam committere non debet.

Ego autẽ addo prædictis casibus alium casum (scilicet, si qs est iustè damnatus, vt fame moriatur, non peccat sumẽdo cibũ sibi ministrantum, quia non sumere esset se ipsum occidere, qđ non licet. ita dicit Steph. in. quẽ sequitur Anch. in cle. 2. de reiudic. n. 13. Quod confirmo per dd. tenẽtes q̃ iustè condẽnatus ad mortẽ, seu aliam pœnã possit fugere carcerẽ absq; peccato, quos refert Azebedo in Rubrica legibus. quæ est tit. 1. lib. 2. Recopilat. nu. 25.

9 Infertq; ibidẽ Marius Salomon in vers. dè viris bonis: q̃ aduocatus potiùs debet subire mortẽ, q̃ nocẽtẽ deffendere, aut innocẽtem condẽnare. vbi adducit exẽplum dè Papiniano Iuris consulto, qui potiùs voluit ab Imperatore Caracalla occidi, q̃ eius iussu parricidam quẽdam excusare. Et exẽplum Quinti. Mutij Scæuolæ Auguris, qui truculẽto Syllæ respondit potius passurum mortẽ, q̃ Caium Marium (à quo Vrbs, & Italia seruata fuit) hostem iudicare.

10 Infert etiam ibidẽ (in ver. hæc fortissimũ) contrà milites Rhodios, qui Clarã Rhodum, & Reipublicæ Christianæ satis vtilẽ, ac necessariam Turcis traddidere, quià prius debebant sub mœnibus illius occumbere.

11 Inferuntq;. dd. correctionem ad Accursium in l. si familia. ff. si famil. furt. fecis. dicatur verb. agi potest. in fine, vbi dicit: q̃ si seruus inuitus paruit, periturus si non paruisset, nullum esse delictum. **Et ad Cynum in d. l. 1. C. vndè vi. n. 8. qui sequẽdo Pe-**

trum

farum,& Doctorum ideo accingor ad examen rationum vtriusque partis. Et primò ponam rationes primæ opinionis.& secundò rationes secũdæ opinionis. vltimò responsiones ad rationes primæ opinionis,vt secunda remaneat tuta,& deffensata.

7 Prima ratio primæ opinionis est,ne Ordo videatur contemni.arg.tex.in c.dè Iudeis. 45.dist.vbi textus disposuit:ꝙ Iudei cogantur tenere fidem,quam coacti, susceperũt:nè nomen Domini blasfemetur:& Fides(quam susceperunt)vilis,ac contemptibilis habeatur.& sic videtur hæc ratio sumpta à simili.

8 Secunda est, argum. text.in d. c. vbi ista. 74. dist. vbi Papa Arguit Archiepiscopum Rauennatis ecclesiæ, quia quemdam per vim consecrauit in Episcopum. & subdit hæc verba:denuntiamus autem,ꝙ si post hoc tale aliquid præsumpseris, & aliquẽ talem siuè Episcopum,vel Presbyterum,uel Diaconum inuitũ facere posse credideris, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemiliẽsis noueris auferendas. Nihil tamen de ordinatis, vel consecratis disposuit. Qua si dicat:ꝙ teneantur ordine,vel consecratione.

9 Tertia ratio est tex.in c.meritò.15.q.1. ex quo deducitur regula:ꝙ coacta voluntas,voluntas est.

10 Quarta est,quia dicunt quidam,ꝙ votum continentiæ est annexum sacro ordini.arg.c.Diaconi.28.dist.vbi tex.in principio loquitur de ordinandis protestantibus se velle habere vxores: quia non. possunt continere, & posteà subdit hæc verba: quicumq; sanè tacuerint,& susceperint manus impositionem professi continẽtiam,si posteà ad nuptias peruenerint, à ministerio cesare debebunt. Poterant allegari ad hanc conclusionẽ alia meliora Iura,quæ sunt:tex.in c.cum olim.de cler.coniugat.ibi: votum continẽtiæ.& tex.in c.vnico.de voto lib. 6. ibi: illud solum votum debere dici solemne quantum ad (post contractum matrimonium)dirimendum,quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis. & ibi ex eo noctat Domini.n.5.

11 Quinta,& vltima ratio est (quæ Abbatẽ, & Sarmientum, & legem partitæ mouit) ꝙ ordinatus per metum conditionalem

reci-

Digitized by Google

recipit caracterẽ,& ꝙ caracter imprimitur in anima,& indelibilis,vt tex.in c.quod quidam.1.q.1.& ibi gl.verb.amittit,& hodie est tex.in c.4.sessio.23.Sacri Concilij Trid.

12 Expositis iam rationibus primæ opinionis ad rationes secundæ deuenire necesse est. Et Doctores pro ea vnicam tantũ adducunt rationem:scilicet:quia integritas corporis res est voti, & non præcepti,& suaderi potest,imperari autem non tex.in c. integritas.32.q.1.& in c.perlatum.isto tit. Et sic continentia nõ est nisi voluntaria.c.ante triennium.31.dist. c.præsens clericus. 20.q.3.

13 Et quia ego huic secundæ opinioni adhæreo,eam alijs inconuincibilibus rationibus fulciam. Et ideò sit secunda:ratio; ꝙ in spiritualibus requiritur (non voluntas simpliciter) sed cum hac qualitate libera:vt dicemus infrà c.9.11.n.3.Et quotiescũque requiritur voluntas libera, non sufficit voluntas sinè ista qualitate libera.tex.in c.Pisanis.de restit.spolia. tex.in d.c.maiores.in d.§.item quæritur.de Baptis.& ibi ex eo notat. Abb. n. 4.tex.in c.cum locũ.de spõsalib.& ibi Abb.n.7.in finalib. verb. & Præposit.n.1.Gl.in c.notificasti. verb.licentiam.33.q.5. quã dicit menti tenẽdam Abb. in d.cum locum.n.6.in fi.gl.1.in c.1. de stat.regul.lib.6.verb.spontanea.Ant.de But.in c.2.isto tit.n. 7.& ibi Abb.n.8.& Imola.n.fi.idem Abb.in c.1.de regular.n.1. & Bal.in c.1.isto tit.n.1.Præposit.in c.ex parte. de sponsalib.n. 4.Oroscius in l.si per errorem,ff.de iurisd. omn.iud.n.9.vsq; ad fi.Marius Salomon in l.2.ff.de legib.vers.hinc est,ꝙ contractus. Alphonsus à Veracruce in speculo coniugio.1.p.art.8.n.2.Dec. in c.cum M.Ferrariensis.de constit.n.118.cum sequent. Et per hanc rationem istam partem tenuit Barbat.quem sequutus fuit Rebu. vt supra diximus.n.5.

14 Tertia ratio sit, ꝙ in dubio pro libertate est sententiandum tex.in c.ex literis.de probatio.& ista opinio fauet libertati, ergò est tenenda.

15 Quartam adduco rationem:ꝙ in varietate opinionum ea est tenenda,quę humanior est tex.in c.2.de cognat.spiritual.& ibi

ex

ex eo notat Abb.n.3.tex.in l.placuit,ff.de Iudit. l.cùm antiquitas,C.de vsu,& habit. l.fi.qui bon.ceder.poss. & alia Iura, quæ adducit Dec.in c.1.de constit.n.24.in prima lectura. Quid igitur humanius,q̃ ꝙ quis fruatur libertate, quam Deus sibi dedit Genes.c.4. ibi: sub te erit appetitus tuus noxius, & tu dominaberis illius.& est tex.magis expressus in Euangelio Lucæ.c.15. vbi filius petiuit à patre portionem, quæ sibi contingebat. ubi Thomas de Trugillo in sua parte prima Thesauri Concionat. in Sabbatho post secundam Dominicam Quadragesimę dicit: omnes ferè Doctores concordant dicentes hanc portionem substantiæ,quæ tanta facilitate, & liberalitate concessa est, esse liberum arbitrium. Et quòd Deus vnumquēq; dimittit in sua libertate,& libero arbitrio. videte Laurẽtium Iustinianum libro dè contemptu Mundi. c. 8. Quem ibi allegat Thomas de Trugillo. Et cum Iura proclament, ꝙ non sit res æstimabilis libertas.l.libertas,ff.de reg.iur.& §.cùm ergo. inst.quib.ex caussis manumi. non liceat.

16 Sit quinta ratio,ꝙ regulæ semper debemus stare, quandò nõ inuenitur exceptio expressa tex.in c.2.de coniug.leprosor. in fi. tex.in l.mutus,§.cum quæritur,ff.dè procurat.l.1.ff.dè testib. gl. & dd.quos allegat Couar.lib.2.variar.c.12.n.4.Roma.in cons. 123. n.4.Craueta in cons.168.n.8.vol.1.sed regula est,ꝙ in spiritualibus gesta per metum conditionalem non valent,ut dicemus infra c.9. n.3. Et in casu ordinis non habemus exceptionẽ expressam ergò regulæ debemus stare.

17 Sit sexta,& vltima ratio (magis accedendo ad propositum) ꝙ testantur Doctores,quòd quando casus est dubius. quia sunt hinc inde opiniones, debemus illam sequi, quæ magis cohæret regulis iuris,vt testatur Maranta in sua practic.6.p.in prin. nu. 121.& in disputatione.5.n.20. & Sylu. Nuptial. lib. 6. ferè per tot. sed regula iuris est, quòd gesta per metum in spiritualibus sint ipso iure nulla,vt dicemus infra c.9.n.3.ergò ordo sacer per metum conditionalem susceptus est ipso iure nullus.

18 Vides igitur,quot rationibus secunda opinio fulcitur. & vt ma-

Digitized by Google

magis corroboretur, demonstrabimus rationes contrariæ (idest primæ) opinionis nullius esse momenti, non obstareq; huic secundæ opinioni. Prima ratio (quæ sumitur ex d.c. de Iudeis) non obstat. quia ille textus non potest induci, neq; à simili, neq; ab æquiparatione. A simili: quia argumentū a simili (vt procedat) requirit duo copulatiuè. Primum, quòd duo sint similia simpliciter, & non secundum quid, vt volunt. dd. quos refert, & sequitur Euerar. in suis topicis legalibus. c. à simili. n. 4. & Mar. Salomon. in l. omnes Populi. ff. de iust. & iure. lib. 5. vers. de frumento. Vnde data aliqua dissimilitudine, ēt parua corruit istud argumentum. Ideò optimus modus tollendi illud est per dationem instantiæ, vt dd. quos refert, & sequitur Euerard. ubi supra. n. 11. vers. non procedit. cum sequent. & Ant. de But. in c. fi. de consuetudine. n. 56. Fel. in c. 2. de sponsa lib. n. 11. Io. Guttierez in auth. sacramēta puberum, C. si aduersus vēdit. nu. 105. Quā dissimilitudinē causat diuersum genere, natura, vi, magnitudine, loco, tempore, persona, opinione, causa, ratione, prout testatur Cicero, quem refert, & sequitur Salomon vbi supra. & Cordoua de Lara in Repetitio. l. si quis à liberis. §. idem Iudex. n. 30 ff. de lib. agnosc. Secundum requisitum est: quòd similitudo assumatur à pari, vel à maiore ratione, non aūt à minore, vt Bald. quem refert, & sequitur Euerar. d. n. 4. in fi. Sed ille textus loquitur in Baptismo, & in Fide, & casus noster est in ordine Sacro: quæ licet sint similia secundum quid (hoc est secundum impressionē caracteris) in multis tamen differūt, vt Paulo inferius demonstrabimus in numeris sequentibus. ergò non potest ille textus adduci à simili. Ab æquiparatione, ēt neq; induci pōt ille textus, quia nulla ratio æquiparationis potest dari inter ordinem sacrum, & Baptismum, seu Fidem prout statim subijciā. ergò non procedit argumentum ab illo textu.

19 Et ad differentias deueniēdo, vt melius percipiantur, iterum refero dispositionem illius textus. dicit enim, ꝙ Iudei, qui inuiti fidem susceperunt, cogantur eam tenere, ne nomen Domini blasfemetur, & Fides (quam susceperunt) vilis ac contemptibilis

bilis habeatur. Prima differẽtia est, quod licet promotus ad ordines sacros per metum ab ordine desiliat, & contrahat matrimonium carnale, non obid nomen Domini blasfematur, nec Fides cõtemptibilis habetur, neq; ipse ordo. Quia matrimoniũ est vnum de septem sacramentis Ecclesiæ, & legis Euangelicæ. tex. in c. 1. §. vna verò. dè Sum. tri. & Fid. Catho. Et qui contrarium tenuerit, iàm est anathemate damnatus per tex. in c. 1. sess. 24. Sacri Concilij Tridentini. multum enim differt transire dè Fide Catholica ad aliam sæctam, & transire dè vuo Sacramento ad alterum. Facit pro hac parte quæstio, quam decidit Beatus Gregorius in homelia super Io. c. 21. vbi dicit: quæri potest, cur Petrus (qui Piscator ante conuersionem fuit) post conuersionem ad piscationem redijt, cùm Veritas dicat: nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est Regno Dei, cur repetijt, quod reliquit? Sed si virtus discretionis inspiciatur, citius videtur. Quia nimirum negotium, quod antè conuersionem sinè peccato extitit, hoc ẽt post conuersionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Mathęum verò Teloneariũ scimus. & post cõuersionẽ suã Petrus ad piscationẽ redijt: Mathęus uerò ad Telonei negotiũ nõ resedit: q̃a aliud est victũ p̱ piscationẽ quęrere, aliud Telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraq; negotià, q̃ sine peccatis exhiberi, aut vix, aut nullatenus possũt. q̃ ergò ad peccatũ implicãt, ad hęc necessè est, vt post cõuersionẽ aĩus nõ recurrat. &c. ecce quo modò B. Gregorius quasi expressè nostrã causã egerit. Nã ĩ matrimonio nullum est peccatum tex. in c. deinde 26. dist. in fine. ibi: nuptiarum. & in c. quidquid. & in c. connubia. 32. q. 2. Immò in eo est castitas. tex. in c. Nicæna Synodus. 31. dist. & in c. per masculũ. 31. q. 1. ibi nuptiali castitati. & ibi gl. 1. & gl. in c. proposuit. 82. dist. verb. estote.

20 Secunda differẽtia colligitur ex prædictis glosis. d. c. vbi ista. & d. §. item quæritur, quæ dicunt ꝙ Baptismus est Sacramentũ salutis, & necessitatis copulatiuè, sed ordo est sacramentum salutis, non autẽ necessitatis, potest enim quis saluari absq; ordine

facro,fed non poteſt ſaluari ſinè Baptiſmo.ergo dè vno ad alterum non procedit argumentum;quia nulla ſimilitudo. neq; æquiparatio poteſt dari intèr ea.

21 Alia,& tertia differētia pōt dari, quia Papa pōt diſpēſare cū clerico in ſacris,vt contrahat matrimonium carnale. gl. in c. dè illo clerico.32.diſt.verb.damus.Bal.in l.reſcripta.C.dè præcib. Imperat.offe.n.8. quem refert,& ſequitur Gozad.in conſ.51.n. 16.tenet & S.Th.2.2.q.88.art.11.in reſponſio. Sed non pōt diſpenſare cū non Baptizato,vt conſequat vitam æternā ſine Baptiſmo.tex.in c.qui reſiſtit.11.q.13.c.ſunt quidam.25.q.1.c. ſicut 15.diſt.l.4.tit.8.p.1.

21 Quarto differunt quia Fides eſt ſummè priuilegiata(& ſic in ſuperlatiuo gradu,prout dignum non eſt) tex.in c.accuſatus.§. ſanè.de Hæreti.lib.6.ibi:cùm negotium fidei,Quod ſummè priuilegiatum exiſtit. Et ſic in eius fauorem multa diſponuntur cōtra regulas iuris,vt patet in c.in Fidei fauorem.& in d.c.accuſatus,§.licet.& videre eſt apud Io. de Rojas. in ſingularibus, ſeu ſpecialibus, quæ congeſſit poſt tractatum de Hæreti. & patebit in ſequenti differentia. Et de materia priuilegiatā,ad non priuilegiatam non licet arguere, per allegationes quas adducit Tiraq.de retra.lignagier.§.1.gl.14.n.97.

23 Quintò differunt:quia paruulus(qui non credit. neq; credere poteſt propter defectum ætatis, & intellectus) Baptizatur in fide parentum,vt i c.quæris.de conſecratio.diſt.4.Et in fide eorum,qui eum offerunt,vt in c.illud.ea diſt.Etiam ſi offerētes ſint infideles,vt in c.Romanus.ea diſt. Quia tunc Baptizatur in Fide Eccleſiæ.& tale Baptiſmum proficit ad ſalutē. c.1.§. vna verò.verſ.Sacramentum. dè ſum.Trin.& Fid.Cathol.Et talis Baptizatus deueniens ad pubertatem non pōt ab illo Baptiſmo deſilire,teneturq; ei ſtare,ſicut ſi Baptizatus eſſet in plena ætate.c. 13.& 14.in tit.dè Bapt.in Concil.Trid. ſeſs.7. At paruulus ſi ordinetur in ſacris(licet recipiat caracterem, vt in c. vel non eſt compoſ. dè tēpor.ordinatio.) aduenīēte tamen pubertate pōt à tali ordine deſilire,& matrimonium contrahere,tamq̄ ſi non eſſet

Digitized by Google

set ordinatus .gl.in c.vnico.de cler.per salt.promot.verb.discretionis.& ibi Ant.de Butr.n.4.& Card.Zabar.n.8.& Anch. n.8. Et Abb.n.3.& omnes.dd.& Gaspar Calder. in cons.vnico tit.q cler. vel vouent. in fi. & Bernard. Diaz de Lugo in sua pract. c. 22.ad fi.vers.an autē promotus? & Couar.in 4.decret.2. p. c.6. §.3.n.1. in fi. vbi refert sic Romæ fuisse practicatum. tenet etiā Rebuf.in sua pract.benefi.lib.2.tit. dè cler. ad sacros ordi. malè promot.gl.2.n.10.

Secunda ratio dictæ primæ opinionis (quæ fundatur in d. c.
24 vbi ista) etiam nihil facit ad rem, nèq; Gottr. & Hostien. potuerunt se in illo fundare: quia ibi Papa nihil disposuit super validitate, aut inualiditate ordinatorum, sed solum minas intulit Archiepiscopo vim inferenti, nec id amplius faceret.

Tertia ratio (quę fundatur in d.c.meritò) non vrget: quia di
25 spositio illius textus procedit in causis,& negotijs,ī quibus sufficit voluntas simpliciter,& non in causis,& negotijs in quibus requiritur volūtas cùm qualitate liberà prout in spiritualibus, vt dictum est supra.n.13. Et susceptio ordinis sacri est res spiritualis. ideò &c.

26 Quarta ratio (quæ fundatur in annexitate voti) habet multas opiniones, prout videre est apud Franciscum Iouerium. Valentinum in suis sanctionibus Ecclesiasticis clas. 1. in canonib. sextæ Synodi velitatio.super 13.canone. Sed veritas èst, q ordinatus in sacris tenetur ad continentiam ex constitutione Ecclesiæ, non aūt ex voto. Quia in sacro ordine non est votum cōtinētiæ tacitum, neq; expressum. ita tenet gl.in d.c. de illo clerico.32.dist.verb.damus, gl.in d.c.cùm olim.de cler.cóniu. verb. votum. Gasp.Calder.in d.cons.vnico.tit.qui cler. vel vouent.n. 3.Cardinal.in cle.ad nostrum.de Hæreti.nu.3. vers.septimò. & ibi Imola.n.fi.dicit hanc communem, tenet etiam Caccialup.in l.si qua Illustris.C.ad Orphitian.col.6. & Paleotus in tract. de nothis spur,q; fil.c.16.n.15. S.Tho.vbi sup.2.2. q.88. art.11. in responsio. probat hoc text. in c. cùm in præterito 84. dist.cuius verba sunt: cum in præterito Concilio de continētię,& castita-

Q 2 tis

Digitized by Google

ta differentia de qua ibi. vbi probauimus, ꝙ paruulus ordinatus recipit caracterem sacri ordinis, & tamē non obligatur
28 ad obseruantiam ordinis. Et data instantia corruit omne argumentum. glo.in l.si creditori.ff.de noui.oper.nunt. verb. vindicatio.quæ recepta videtur ex allegatis per Iasonem ibi.n.7. qui etiam alias glosas allegat.& Menchaca in qq.illustribus.lib. c.37. n.7.gl.etiam in c.sicut vrgeri.1.q.1.verb.sic ego. quas glosas idem Ias.allegat in l.ex facto.ff.dè vulg.& pup.n.6. & Mencha.in d.qq.illust.lib.1.c.35.n.22.& c.47.n.8.

29 Ad Hostiensem in summa: est respondendum, ꝙ ibi vsus fuit nimia breuitate, & postea edidit lecturam, vt latiùs explicaret ea, quæ in summa non explicuit, vt ipse dicit in prohemio lecturæ. Et quando Doctor est sibi contrarius, & constat de tempore, ea opinio est tenēda, quam ultimò tenuit, per iura.& dd.quos allegat Antonius Maria in tract.de commu.opinio.lib.1. tit.6. in spect.2.n.79.sed hic constat de tempore ex prohemio.d.lectu ræ.ergò vltimæ opinioni est standum.

30 Ad Sotum idem est respondēdum, quòd proximè Hostiensi respondimus: quia post tractatum de Iustitia & Iure composuit commentaria sententiarum: ideò standum est ei in libro sentētiarum. Et vltrà prædictam rationē, sunt & aliæ duæ rationes. Prima quia in d. tractatu de Iust. & Iure non examinauit istam quęstionem ex professo, sed per transennam examinando aliam adduxit istam, ut ibi videre est. & opinio Doctoris per transenam, & non disputando non est tenenda, vt Menoc. in cons.51. n.54.vol.1. Secunda quia opinionum ea est tenēda quam Doctor latiùs, & copiosiùs examinauit.ut testatur Abb.in c. bonæ. el 2. de postulatio.Prælator. nu.30. quem cum alijs refert, & sequitur Sylua Nuptial.in lib.5.n.29. Et alij quos refert Ant.Maria ubi sup.proximè. n.78.

31 Ad Gregorium Lopez est dicendum, ꝙ ipse testatur, ꝙ nostra opinio est de iure uerior.& mihi uidetur, ꝙ illud est tutius, quod est de iure ueriùs.

32 Ad legem partitæ dupliciter est respondēdum, primò ꝙ metus

tus

Digitized by Google

tus legis, qui non excusat vt supra diximus in c. 2. in prin. n. 4. & ꝙ sit metus legis patet, quia dè Iure Canonico statutum est, ꝙ obtinens beneficium Ecclesiasticum intrà annum ordinetur in sacris, aliàs eo priuetur. per iura quæ adducit Bernard. Diaz dè Lugo in sua pract. criminal. c. 48. per tot. secundò, quia si extrà illũ casum dispòsuisset illa lex non deberet seruari, eo quia missit falcem in messem alienam: cum Princeps Sæcularis non solũ principaliter, verùm neq; incidenter super Spiritualibus statuere possit. c. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. & ibi Abb. nu. 15. & Felin. n. 60. qui alios refert, & vtrumq; refert, & sequitur Gamma in decisionibus Lusitan. 1. p. dec. 314. n. 2. & sic Iul. Clar. in lib. 4. §. emphyteusis. n. 7. dicit: ꝙ lex Sæcularis ex deffectu potestatis non valet, neq; dè ea est curãdum in causis Spiritualibus. Quo tendit dictum Archidiaco. in c. statutum. dè rescrip. lib. 6. vers. quid si causa commissa est. dicentis: ꝙ lex Humana potest in causis spiritualibus allegari, sed non secundum ipsam sententiari.

Ad Concilium Toletanum respondeo: ꝙ ille textus præsup-
33 ponit, ꝙ illi inuiti posteà ratificauerunt. Quod patet ex illeis verbis: quam semel receperunt gratiam, donumq; &c. Nam gratia non suscipitur ab eo qui non habet animum, neq; voluntatem, sed postq̃ habet voluntatẽ. tex. express. in c. cauete. 22. q. 5. & in c. tunc valere. 4. dist. Goffr. in summ. tit. dè Baptis. nu. 19. & Hostien. in sum. eo. tit. nu. 12. & l. 5. tit. 4. p. 1. Et dè Iure purgatur vis, & metús per subsequẽtem voluntatẽ, vt infra dicemus in c. 12. in prin. per totum. Secundò respondeõ, ꝙ illud Concilium fuit particulare, & non potest trahi generaliter, neq; extra territorium suum: quia ei non parebitur impunè. c. fi. dè consti. lib. 6. Et de autoritate conciliorum particularium tractat. Conrad. Brun. in tract. de Concilio Vniuersali Ecclesiastico, quem videte. Neq; facit ad rẽ, ꝙ vocetur ab aliquibus Vniuersale: quia tractauit negotium ad omnes in vniuersum pertinẽs: quia hoc est falsum. Nam negotium illud non pertinet ad omnes in vniuersum, sed tantum ad personas Ecclesiasticas illius Dioecesis.

sis. Si esset negotium Fidei, seu Status Ecclesiæ Vniuersalis) qđ tangit oēs in vniuersum) tunc posset dici Conciliū Vniuersale.

RECAPITVLATIONES. §. 3.

Metus cessat in curia Principis. 1.
Et in comitatu Principis. 2
Et Roma 3.
Et vbi iustitia regitur. 4.
Et vbi interuenit præsentia Iudicis. 5.
Et quandò interueniunt consanguinei. 6.
Etiam si præcesserint minæ.
*Fallit dupliciter.n.*6.*& n.*17.*&* 18.
Et quandò interuenit præsentia amicorum. 7.
Et quandò interuenit præsentia honestorum virorum. *n.*8.*fallit. nu.* 17.*&* 18.
Et quandò vxor contrahit in præsentia mariti. 9.
Et quandò filia est maritata, & habitat seorsum. 10.
Et quandò est longum interuallum inter minas, & factum. 11
Et quandò non fuit facta protestatio metus. 12
Et quandò contrahens erat in sua libertate. 13.
Et quandò contractus geminatur. 14.
Et quandò datur saluus conductus. 15.
Potest tamen probari contrarium. 16.
Probatio efficatior dicitur respectu qualitatis testium.
Omnes assistentes ad contractum meticulosum, non excludunt præsumptionem metus si sunt nimis amici metum inferentis. 17
Et si sunt impotente, ad resistendum inferenti metum. Vel si sua, vel aliorum de eorum voluntate interest. 18.
Et data enormi læsione. 19.
Metus non operatur quandò metum passus dat causam metus. 20.
*Fallit in multis casibus vsq; ad n.*26. 21.

§. TER-

Digitized by Google

§. TERTIVS, VBI ALLIÆ FALLENTIÆ congeruntur.

1 ALIA fallentia est in Curia Principis: quia ibi non potest interuenire metus. tex. in l. fi. ff. isto tit. & dd. quos allegat Rol. Valle in cons. 83. vol. 2. nu. 2. & Bossius in tract. suis tit. de plurib. violent. n. 89.

2 Fallit etiam nostra regula in Comitatu Principis, quia ibi non potest interuenire metus tex. in l. 1. C. de his, qui prop. met. Iudi. non appellauer. Cuius verba sunt: Sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti, & dd. quos allegat Roland. vbi supra nu. 35.

3 Fallit etiam Romæ, ut Bar. in d. l. fi. isto tit. num. 2. & alij dd. quos ibi additionator addit.

4 Fallit etiam vbi Iustitia regitur, ut Bar. d. nu. 2. & Bossi. ubi supra num. 85.

5 Fallit etiam quotiescumq; interuenit præsentia Iudicis: quia potest prohibere, ne uis inferatur per tex. ī d. l. fi. isto tit. in prin. & ibi èx eo notat Bar. n. 3. ubi additionator addit. Hanc conclusionem firmat Ang. in §. quadrupli. inst. dè actio. n. 14. & per allegationes quas adducit Aret. in cons. 24. n. 8. & Ias. in l. singularia, ff. si cer. pet. n. 18. & Hippol. dè Marsil. in singul. 417. incipit præsentia coniunctorum. & Dec. in l. in omnibus causis, ff. de regul. Iur. nu. 9. & Soc. iun. in cons. 67. uol. 2. n. 38. & Tho. Gram. in dec. 103. nu. 62. & Crauet. in cons. 1 14. n. 2. vol. 1. & in cons. 253 n. 4. vol. 2. & Euerar. in cons. 19. n. 28. & Bossi. in d. tract. de plurib. uiolent. n. 91. & Firmianus in uerb. metus. Limita ut inf. 1. n. 17. cum seq.

6 Fallit etiam quando interueniunt consanguinei, vt diximus supra c. 2. §. 7. n. 15.

Ampliantur hæ duæ proximæ conclusiones, etiam si præcesserint minæ, ut Soc. iun. in cons. 63. nu. 40. uol. 2. & sic fui practicatum in Regio Senatu Lusitano teste Gamma in decisionibus illius Regni 1. p. dec. 346. n. 5. & 6. Et sic est tenēdum licet Innoc.

noc.in c.causam matrimonij.de off.deleg.& ibi Imola, & Hippol.in 325.n.1.& Barba.in cons.41.n.15.vol.4. tenuerint contrarium quibus astipulatur Boss. vbi supra nu. 109.& Gamma vbi supra vbi dicit non fuisse responsum à suis Collegis fundamentis suis. Quibus fundamentis ego respondere volo, & ostendere ꝙ eorum ratio friuola est,& nullius momenti: nam si mulier fuit verberata à marito.vt aliquem contractum faceret, & possita inter consanguineos tacuerit,nec voluerit sibi prouidere de securitate,videtur liberè contrahere. Imputet enim sibi,si noluit sibi prouidere. Sicut habetur pro non impedito,q potest impedimentum tollere.tex.in c.2.de electio.& Abb.in c. 2.de electio.& Abb.in c.ex transmissa de præscriptio.per totum & ibi Fel.n.1.qui plura adducunt.& est communis opinio teste Menchaca in qq.illust.c.60.n.10. Planum enim est, ꝙ consentire videtur qui contradicendo potest impedire text. in l.2. ff. ad municipal.& l.2.de remissio.pignor.& Alex.in cons.157.vol.2. n.10.cum seq.idem in cons.1. vol.3.n.7.vbi multa allegat. Fallit tamen nostra conclusio in duobus casibus (in quibus potest intelligi,& saluari opinio Innoc. & sequatium) primò in metu reuerentiali, quia in eo non operatur præsentia consanguineorum secundum.dd.quos refert,& sequitur Tiraq.de leg.connubial.gl.5.n.37. licet contra teneant.dd.quos refert, & sequitur Bossius vbi sup. nu.108.

Fallit secundò quando interuenit enormis læsio,vt Menoch. in cons.1.n.292.vol.1. Et inf.n.17.&.18.sunt aliæ fallentiæ.

7 Fallit etiam nostra principalis regula,quandò contrahitur in præsentia amicorum per tex.express.in d.l.transactionem, C.de transactio.& Anch.in cons.382.nu.11. quem refert,& sequitur Crauet.in d.cons.114.vol.1. n.3.& tenet Ang. in d. §. quadrupli. insti.de actio.n.14.& alij quos retulimus.supra c.2.§.7.n.15 Ista fallentia limitatur eis modis quibus supra proxima.

8 Fallit etiam quandò contrahitur in præsentia honestorum virorum, vt Ang.in l.quæro,§.seruum,ff.de ædil.edict.quē refert,& sequitur Hippol.dè Mars.in Singular.417.n.2.& Boss.

R in

in d.tit.de plurib.violent.n.93.

Fallit ista fallentia eis modis quibus supra proximæ.

Fallit etiam, quandò vxor alicuius contrahit in presentia ma
9 riti, quia tunc non potest dici, q̄ passa est metum ab alio. vt Crauet. in d.n.3.d.cons.114.vol.1.

Fallit & in filia, quæ est maritata, & habitat seorsum à patre,
10 quia tunc non potest dici, q̄ pater intulit ei metum. ut Craueta, vbi supra proximè n.4.

11 Fallit, & quandò est longum interuallum inter minas & contractum, quia ex magno interuallo cessat præsumptio metus, vt Crauet. ubi supra proximè. n.5. & Euerar. in cõs.19.n.25. Quod est intelligendum, quandò non durat, neq; subest eadem causa metus, vt infra latius dicemus in c.13. in princ. per totum.

12 Fallit, & quandò metum allegans non fuit protestatus, ex tali enim omissione protestationis inducitur præsumptio, quòd spontè & liberè contraxit, vt Craueta in d.cons.114. uol.1. n.6. Sed tamen isthæc fallentia intelligenda est, prout latius dicemus infra in c.10.§.3.n.15. cum sequentibus.

13 Fallit etiam nostra regula, quando contrahens erat in sua libertate, quia tunc contrahens præsumitur spontè, & liberè contraxisse, ut Craueta ubi supra proximè.n.7.

14 Fallit & quandò contractus geminatur, quia ex geminatione tollitur præsumptio metus, & præsumitur cõtractus spontaneus ut Crauet. ubi supra proximè nu.8. Quod est intelligendum. Quandò non subest eadem causa metus in contractu secundo, quæ erat tempore primi contractus, uel altera æquipollens, ut latè dicemus infra in c.13. in principio per totum.

15 Fallit & quàndò datur saluus conductus: quia tunc cessat causa metus, ut gl. & dd. quos allegat Fel. in c. cum R. Canonicus. de offi. delega. n.2. ubi etiam allegat decisionem Rotæ. 12. de dolo, & contumacia in nouis. n.1. Quod est intelligendũ, si non subest iustus metus personæ: quia tunc saluus conductus non excusat metum. tex. express. in c. accedens, el 2. ut lit. non contesta. & ibi gl. uerb. inimicis. & Abb. n.3. tex. etiam in c. ex transmissa. de

re-

Digitized by Google

rest.spoliat.Imola in cle.2.de re iud.n.10. Alias ampliationes, & limitationes huius articuli salui conducti.vide per Fel. d.n.2 & in d.c.accedens.n.4.& 9.& in c.ex transmissa. de præscriptio. n.4.ad quem me remitto,ne eum hic transcribam cui in d.c.accedens.n.5.adde Franc.Marc.Mant. in decisio.Delphinalib.2. par. q.145.

16 Est tamen aduertendum ad omnes supra dictos casus, quod non inducunt præsumptionem Iuris, & de Iure, sed præsumptionē Iuris tantum. & sic arctatur metum passus in eis ad efficatiorem probationem, quam si non essent prædictæ præsumptiones contra eum. tex.in l.non est verisimile.in prin.ff.isto tit.& gl.in l.interpositas,C.de transactio.verb. qualitas.quam,& alios.dd.refert & sequitur Tho.Gramm.in dec.103.n.65. Quæ probatio efficacior intelligi debet respectu qualitatis testium per tex.in c.nō est verisimile.de præsumptio.

17 Ex supra dictis fallentijs huius paragraphi duodecim priores limitantur,Primò quando omnes assistentes facto, vel contractui sunt nimis amici inferentis metum:quia tunc cessat præsumptio supra dicta vt Th.Gram. vbi supra proximè. nu.63. &
18 64.& Firmianus in verb.metus .Secundò limitantur: quandò illi non sunt potentes ad resistendum inferenti metum,quia tūc eorum præsentia non operatur, ac si non essent præsentes. vt testatur Ang.in consi.15.n.3.ad fi.quem refert,& sequitur Ias.in l.transactionem,C.de transact.n.1.& Dec.in cons.218.vol.2.n. 5.vers.præterea.Quos refert,& sequitur Tho.Gram.d.dec.103. n.64.& tenet Hippolit.de Mars.in sing.673.incip. non nulla dè præsentia.n.2.& Boer.dec.100.nu.8.& Ioseph.Mascar.in tract. de probatio.2.p.concl.1055.n.24.& Firmian.in d.verb. metus. Tertiò limitantur quandò contractus fit in fauorem præsentiū, vel aliorum,quos volebant præsentes,ut Soc.iun.in l. si quis in prin.testamenti.ff.de legat.3.n.62.

Limitantur non solum prædictæ duodecim fallentię,sed etiā
19 omnes superiores istius,§.data enormi læsione ut Paul.de Cast. in cons.177.incip.superius consulta. & Dec. in d.c. causam ma-

R 2 tri-

Digitized by Google

trimonij.de off.deleg.n.23.& in conf.86.incip.viso puncto.nu. 6.quos refert,& sequitur Hippol.de Marsil.d.sing.673.nu.3.& Ioseph.Masc.ubi sup.n.27.

20 Itèm & fallit nostra regula principalis quandò metum passus præstitit causam metus: quia tunc non operatur metus tex. in l.si mulier.in prin.ff.isto tit.& ibi gl.ver.quia hunc.& gl.vnica in c.2.isto tit.& ibi Hostien.uerb.reuocari.& Ant.de But.n. 10.in fi.& Zabar.n.1.oppositio.2.& Abb.n.7.vsq; ab fi.capituli.& alias allegationes adducit Io.de Amic.in conf.34.n.5.

21 Limitatur primò isthæc fallentia,vn non procedat in omnibus casibus,in quibus requiritur voluntas libera: quia in istis quantumcumq;quis præbeat causam metus operatur metus,vt teste in c. veniens.el 2.de sponf.& ibi Abb.n.fi.& d.gl.vnica.& ibi prędicti doctores. Et qui sint isti casus requirentes voluntatem liberam ostendemus infra in c.9.per tot.

Limitatur secundò isthæc fallentia, quandò quis timet sibi 22 moueri litem coram Iudice aliquo,etiam si sua culpa incidisset in eum metum propter iniquitatem Iudicis,in quo non consideratur odium litigantis. tex.in c. cum inter dè exceptio. notatur in l.pen. ff.sol. matrim.

23 Limitatur tertiò ista fallentia: quotiescumq; vertitur periculum Animæ,vt Hosti.in d.verb.reuocari.d.capituli.2.istius tit. verf.decimò vbi vertitur.vbi adducit tex.in c.lator. dè re iudic. & c.si verò.de iureiurand.tenent ibidem Ant.de But.d.n.10.& Zabar.d.n.1.verf.vndecimus casus.& Abb.n.18.vndecimus.

24 Limitatur quartò,ubi uertitur periculum uitæ per d.c.2.istius tit.ex quo id notat ibi Host.d.verb.reuocari.ver.undecimo ubi uertitur.

25 Limitatur quintò,propter æquitatem Iudicij, ut potè si quis culpa sua habeat quendam Iudicem suspectum: quia nihilominus poterit eum recusare suspectum,ac si non habuisset culpam. ita notat Archi.in c.statutum.§.cum uerò.de rescrip. lib.6.n.8. uerf.non audens.& ibi Anch.n.3.uerf.item quintò.& ibi Geminianus,n.12.&13.

Sex-

26 Sextò limitatur, quandò qui ob metum Iudicis non appellauit, quia etiam si sua culpa inciderit in illum metum, excusatur ut Hosti. in c. fi. de appellatio. in prin. & ibi Io. Andr. quos refert & sequitur Philip. Franc. ibidem. n. 2. et Præposit. n. 3.

RECAPITVLATIONES. §. 4.

Metus leuis operatur quando persona est talis quòd leui metu terretur. 1.

Item quandò allegatur contra eum, qui metum intulit, vel participem. 2.

Item contra eum, qui intimidauit testes alterius partis. & contrà tertium. 3.

Item ad impetrandam relaxationem iuramenti per metum præstitum. 4

Item quo ad Deum. 5.

Item in Animæ Iudicio. 6.

Item ad excusandam contumaciam. 7.

Item respectu eius, qui gerit se pro patre naturali. 8.

Item in electionibus. 9.

Item quoties excluditur cuiuslibet generis timor. 10.

Item quandò intentatur Iudicis officium. 11.

§. 4. VBI CONGERVNTVR CASVS IN QVIBVS metus leuis operatur.

1 EXPEDITVS a fallentijs primæ regulę deuenio ad fallentias sæcundæ regulæ (quæ se habet, q metus leuis nihil operatur) quæ sunt sequentes. Prima quandò persona est talis, q leui metu terrebitur; quia tunc satis operatur metus leuis, per ea quæ supra diximus in c. 2. §. 5. per totum. et sic in muliere tenet expressè. Barbat. in cons. 41. uol. 4. n. 6.

Se-

quòd tunc sufficit leuis timor. quotiens excluditur cuiuslibet generis timor.

11 Decima quando intentatur off. Iudicis allegationes adducit Xuarez in allegatio. 23. n. 5. & 6. scilicet. l. non est verisimile. §. si fœnerator. ff. quod met. cau. & glo. & dd.

RECAPITVLATIONES. CAP. 9.

Cognitis casibus in quibus metus non excusat, cognoscuntur casus in quibus excusat. 1.

Casus in quibus metus excusat, aliqui non valent ipso iure, aliqui valent, sed rescinduntur. 2.

Voluntas libera quæ dicatur.

Contractus omnis spiritualis metu gestus est ipso iure nullus. fallit. n. 8. 9. 10.

Contractus prophanus annexus, seu accessorius spiritualibus metu gestus est ipso iure nullus. n. 4. *& n.* 24.

Dos metu assignata non valet ipso iure. 5.

Arra matrimonialis metu assignata non valet ipso iure. 6.

Procuratoris datio in matrimonialibus metu data non valet ipso iure. 7.

Renuntiatio beneficij facta metu ualet mero iure. 8.

Iuramentum metu præstitum non valet ipso Iure. n. 9. *& n.* 12. *fallit. nu.* 10.

Iuramentum requirens relaxationem potest contraueniri propria autoritate instante necessitate, vel vtilitate si Superior adiri nō potest. 11.

Sententia declaratoria an sit necessaria in contractibus ipso iure nullis? 13.

Matrimonium secundum potest contrahi propria autoritate non expectata sententia declaratoria, si primū non tenuit ipso iure. 14.

Inquisitores Hæreticæ prauitatis quid agere debeant, si procedendo contra clericos, seu Monachos matrimonium contrahentes, vel con-

contra Binubos dicant: se ordinem, seu Monachatum, vel primũ matrimonium metu contraxisse. n. 15. & n. 16

Contractus omnis prophanus metu gestus valet mero iure, sed rescinditur. 17.

Fallit in septem numeris sequentibus.

Prorogatio iurisditionis metu facta non valet ipso iure. 18

Autoritas tutoris metu interposita non ualet ipso Iure. 19.

Administratoria metu facta non valent ipso Iure. 20.

Mandatum metu concessum non valet ipso Iure. 21.

Contractus innominatus metu factus non valet ipso Iure. 22.

Contractus, in quo interuenit enormissima læsio, metu factus, non valet ipso iure. 23

Additio hæreditatis metu facta valet mero iure. 25.

Testamentum metu factum an valeat mero iure?

Scriptura testamenti per vim facta non valet ipso iure?

Sententia metu lata an valeat mero Iure?

Electio metu facta an valeat?

Contractus nudus metu gestus est nullus ipso iure. 26.

Praxis concludendi libellum circa contractus metu factos.

CAPVT NONVM.

1 Cognitio iam de casibus in quibus nullus metus excusat, ad eos (in quibus excusat) deueniendum est. Qui generaliter constitui possunt oppositi superioribus: & sic in omnibus illis, in quibus peccatum non committitur, & superioribus aduersantibus. Cum cognito vno dè contrarijs, reliquum cognoscatur. tex. in princ. instit. de hisqui sunt sui vel alien. Iuris, & ibi glo. verb. simul.

Est tamẽ aduertẽdum, ꝙ in his non est una, eademq; natura.
2 Nam aliqua facta metu non ualent ipso iure. Aliqua verò valent, sed propter metum rescinduntur. Quorũ cognitio ab hac dependet distinctione. Quotiescumq; substantia actus est voluntatis liberæ, tunc actus metu gestus est ipso iure nullus, vt l. simu-

si mulier.§.si dos,ff.isto tit.& l.2.ff.dè Iudit. & c.cum locum, de sponsalib.& ibi Præposit.n.4.vers. vltimò adducitur. Quotiescumq; verò substantia actus est voluntatis simpliciter (hoc est quando non requiritur iunctim ista qualitas libera) tunc actus metu gestus valet,sed æquitate Prætoria non habet virtutē efficaciæ,vt l.metum, §. volenti, ff.isto tit.ita colligitur ex Bald. in Rubrica istius tituli.n.1.& ex Anchar.in cons.382.nu.2.& ante cum tenuit Ant.de But.in c.2.isto tit.n.7.& Abb.in d.c.cum locum.de sponsal.n.2. Quoties autem contractus est nudus, metu factus est nullus tex.in d.§.si dos. Ex quo cùm alijs Iuribus id notat Bar.in d.§.si dos.n.1.quem ibi sequitur Fulgos.n.1. Et dicitur voluntas libera,illa in qua tria simul concurrunt. Primū plena securitas,vt in d.c.cùm locum. Secundum nullus metus penæ.vt in c.Gemma,de sponsal. Tertium nulla coactio. vt in l. nihil consensui.ff.dè reg.iur. At gl.vnica. in d.c. 2. istius titul. constituit regulam dicendo: omnes contractus metu gestos valere,sed propter metu rescindi.& postea subdit fallentia. cuius ordinem sequuntur ibi.dd. sed tamen clarius hoc percipitur per supradictam meam distinctionem,& ideo tres cōstituo regulas.

Prima regula sit: omnis contractus spiritualis metu gestus est ipso Iure nullus.gl.fi.in c.si.20.q.3.& colligitur ex d.glo. vnica d.c.2.istius tituli.& ex Hosti.in sum.istius tit.n.6. & ex ipso Hostien.in d.c.2.verb.reuocari.& ibi Ant.de But.n.7. & Abb. n.7. cum sequen.Colligitur etiam ex Andr. Geil in suis practic. obseruatio.lib.2.obseru.93.n.4.cum sequent.ponit expressè Abb. in d.c.cum locum.de sponsalib.n.2.Ratio huius regulæ est,quia in spiritualibus requiritur voluntas libera(& si substantia actus consistit in libera voluntate)tex.express. in c. præsens clericus. 20.q.3.tex.in c.cum virū. de Regularib. & ibi ex eo notat Ant. de Butr.n.6.tex.in c.1.de statu.regul.in 6.ibi spontanea. tex. in d.c.cum locum,& ibi notat.Abb.n.2.& 4.& Præposit.n.4. vers. vltimò adducitur.Ang.in §.quadrupli.inst. de actio. in 2.respōsione ad d.c.cum virum.n.9.Alex.in l.si cùm dotem, §.eo autem tempore,ff.sol.matr.n.11.vers.puto.Et quotiescumq; requiritur

S vo-

Digitized by Google

voluntas libera, non sufficit voluntas sine ista qualitate libera, vt supra diximus in c.8.§.2.n.13. ideò non valet ipso iure.

Ampliatur nostra regula etiam in contractibus annexis, vel
4 accessorijs Spiritualibus. De annexis, ideò quia regulariter de eis idem est iuditium tex. in l. eum actum ff. dè negot. gest. l. plerumq;. ff. de ædil. edict. c. translato. de constit. & tradit Io. Bellon. in tract. dè argument. Legum c. 20. de argumento à connexis. De accessorijs ideò, quia regulariter accessorium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium. dè reg. iur. in 6.

Et sic deueniendo ad aliquas species nostræ ampliationis di
5 co, q. Dos assignata metu non ualet ipso iure tex. in l. si mulier. §. si dos, ff. isto tit. gl. vnica. in c. 2. isto tit. & ibi Hosti. verb. quæ metu. & Anto. de But. n. 8. & Cardin. Zabar. n. 1. vers. secundus casus. & Abb. n. 9. & Gasp. Calder. in cons. 2. istius tit. n. 1 & Præpo. in d. c. cùm locum. dè sponsalib. n. 4. vers. vltimò adducitur. Padilla in l. interpositas, C. de transactio. n. 7.

6 Hoc idem est in promissione arrarum matrimonialium. tex. in l. fi. tit. 11. p. 3. & Padilla in d. n. 7.

7 Idipsum est in constitutione procuratoris in matrimonialibus. tex. in c. accedens. de procurat. Præpos. in d. vers. vltimò adducitur & Couar. in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 9. Padil. d. n. 7.

8 Fallit primò nostra regula principalis. in renuntiatione Beneficij Ecclesiastici. quæ (licet controuersum sit) valet mero Iure secundum veriorem opinionem, vt probat Padill. in d. l. interpositas, C. de transactio. n. 10.

9 Fallit secundò in Iuramento præstito dè maiore, vt in c. 2. de iureiurād. secùs in præstito à minore: quod non valet ipso Iure. tex. in autenti. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. ita dicit. Sarmiento in tract. de reditib. Ecclesiæ 1. p. c. 4. nu. 7. Sed isthæc doctrina mihi non placet: quia in hoc puncto magna est difficultas propter varietatem Iurium, ut statim radicitus explicando videbimus. Et mouet dubium q. Iuramentum fit Deo. c. debitores. de iureiur. & q. ideò requiritur absolutio. vt testatur Affl. dec. 263. n. 5. & dec. 322. n. 6. Et deueniendo ad expli-

ca-

cationem huius difficultatis, est sciendum, ꝙ ius ciuile statuit, ꝙ iuramentum metu extortu sit nullum, vt in d.authen. Sacramenta puberum. tex. etiam in c.1.§.item sacramenta. dè pace tenen. Ius autem Regium variauit: nam aliquæ leges determinant, ꝙ valeat, ut l.fi.tit.11.p.3. Aliquæ determinant ꝙ non valeat. tex. in l.28.tit.11.p.5.& l.2.tit.12.lib.2. Fori legum. vbi Montalbus in verb. *por fuerza* dicit: ꝙ ista lex Fori corrigit illam legem partitæ contrariam. Nec est curandum de conciliationibus, quas adducit Greg. Lopez in d.l.28.verb. Iurando. Quia omnes illæ non quadrant, & sunt diuinatoriæ. Ius verò Canonicum (cui in hac materia standum est per c.nouit.§.fi.de iudi.& in c.licet. dè iureiur. in 6.& per iura & dd. quos allegat Hosti. in c.quemadmodum. de iureiur. verb. iuramentum. & Andr. Geil in practicis obser. lib.1. obseru.25.n.1.& quos refert, & sequitur Affl. in dec. 263.n.2.) etiam pugnat inter se. Nam sunt aliqua iura, quæ disponunt: ꝙ tale iuramẽtum valeat tex. in c.ad aures. isto tit. tex. in c.si uero.& in c. verum. de iureiur. Sunt & alia ex diametro contraria tex. in c.ad audientiam.& in c.cum dilectus isto tit.& c.cum contingat. de iureiur. & nouissimè tex. in c. quamuis pactum. de pact. lib.6. Hæc iura concordauit Vinc. Doctor antiquus dicendo: ꝙ aut iuramentum metu extortum interponitur in casu à lege prohibito, & tunc non valet ipso iure. aut in casu à lege non prohibito, & tunc ualet, & est necesse ꝙ rescindatur per absolutionem, seu relaxationem iuramenti. Quem sequutus est Abb. in d.c.cum contingat n.3. vtrumq; sequutus est Felin. in c.2.de iureiur. n.2.& eos sequitur Greg. Lopez in d.l. fin. tit.11.p.3.verb. *que lo fizieron por fuerza.* & Vincentium sequutus est etiam Bened. Capra in conf.29.nu.18. hanc distinctionẽ probauit Alc. in d.c.cum contingat.n.16.cum sequent. & And. Geil in pract. obser. lib.2.obser.42.n.5.cum sequent.& Marant. in disput.6.n.34. In quo cauendum est ab exemplo posito per d.Andr. Geil ibi.n.6. dicẽtem: & quandò quis per vim, vel metum iurauit vendere rem suam, ꝙ obligatur. Quia immò non obligatur: nam lex resistit alienationi rei suæ inuitè tex. in l.in-

Digitized by Google

uitum, C. de contrahēd. emptio. l. dudum. eo. tit. l. neq; emere, C. de iure deliberand. l. inuitus, C. de locato. l. neq; ab initio. C. de nupt. l. 3. tit. 5. p. 5. Alij Doctores dant aliam concordiam dicētes: q; consideretur qualitas contractus super quo Iuramentum interponitur, & tunc si est contractus, qui ipso iure non valeret, etiam iuramentum super eo interpositum non valeat ipso iure. Si autē contractus metu factus valet, sed est rescindēdus: tunc Iuramentum valeat, & sit necessaria relaxatio. hanc posuit glo. vnica in d. c. 2. isto tit. & Philip. Franc. in d. c. quamuis pactum. dè pact. lib. 6. quem sequitur Hipp. de Marsil. in l. pen. ff. de questioni. n. 69. cum duobus sequentib. Item alia concordia colligi potest, ex And. Geil in suis obseru. lib. 2. d. obseru. 42. n. 4. vbi dicit communiter teneri, q; iuramentum vergens in dispendiū salutis æternæ. & quod est contra bonos mores. & quod cedit in deteriorem exitum. & quod exemplo pernitiosum est. & quod præstatur super pacto, & conuentione principaliter contra publicam vtilitatem cedēte esse ipso iure nullum. ergò reliqua Iuramenta erunt ualida. Et quod dicatur vergere in dispendium salutis æternæ, & in quo differant dispendium. & interitus tractant Doctores in d. c. quamuis pactum. maximè Archid. nu. 4. Io. Andr. d. n. 3. Anch. n. 3. Geminia. nu. 7. ad quos me remitto. Potest & alia colligi concordia ex d. l. fi. tit. 11. p. 3. quæ ponens regulam affirmatiuam: quòd valet iuramentum metu extortū subdit fallentias aliquorum casuum spiritualium, & annexorū. scilicet: quod ualeat iuramētum metu extortum in Prophanis, nō autem in Spiritualibus. Et prædictis modis poterunt concordari. dd. sibi inuicem contrariantes super quæstione an debeat peti absolutio à Iuramento metu extorto quos refert *Gonzalo Suarez de Paz* in sua practica to. 1. p. 4. c. 3. n. 30. Sed tandem resolutio mea est, q; hodie per d. tex. in d. c. quamuis pactū de pact. in 6. Et per c. licet. de iureiur. in 6. indistinctè iuramētum metu præstitum est ipso iure nullum: quia illi textus sunt nouiores, & indistinctè, et loquēdo in contractu Prophano determinant non valere iuramentum metu præstitum. et sic corrigunt

gunt cætera Iura. et ita inuenio tenere Bal.in l.etiã. C. ad Velleian.n.3.& Ripa in responso.138.n.8.& sic cessat prædicta cõtrarietas,& prædictæ concordiæ. Neq; curo de eo, ꝙ vitanda est legum correctio: quia hic fieri non potest,cum vltima derogent prioribus, & nulla prædictarum concordiarum sit sufficiẽs propter prædicta iura nouissima. nec est curandum de communi opinione dè qua testatur Soc.iu cons.38.nu.1.vol.3.quia est nullius momenti per suprà dicta. Et sic praxis istius Regni, & aliorum hanc decisionem admittit: quia non curat de relaxatione.vt dè hoc Regno testatur Couar.in lib.1.var.resol.c.4.n.7.& in lib.4.decret.2.p.c.3.§.5.n.2.in fi.& in d.c. quamuis pactum. 3.p.§.4.n.2.in fi.quẽ sequitur Michael Grass.in tract. dè successio.§.successio ab intestato.q.12.n.2.& de alijs Regnis testatur Masuer.in sua pract.tit.de iureiur. n.10. & Affl. dec. 263. nu.4. Quæ praxis admittenda est tàm coram Iudicè Sæculari, q̃ Ecclesiastico: quia in hoc iudicio non tractatur dè viribus iuramenti licitum,vel illicitum sit,sed tantum de eius obseruantia, & executione,& tunc vterq; Iudex est competens indifferenter. tex.in l.si quis maior.C.de trãsactio.& Bal.in c.1. §. item sacramenta.de pace iura.firmã.n.9.& per alia iura, & dd. quos allegat Andr.Geil in pract.obseru.lib.1.obser.25.n.4.

Quæ praxis comprobatur per d.c.licet.de iureiur.lib.6. ubi Papa mandat: ꝙ Sæculares Iudices compellantur per censuras obseruare in iudicio contractus iuratos non vi,nec dolo factos. A contrario ergo vi,vel dolo factos non compelluntur seruari.

10 Quæ conclusio,& eius praxis fallit quandò metus leuis interuenit in appositione iuramenti,quia tunc relaxatio petẽda est, & concedi debet vt dd.quos refert,& sequitur Couar.in Regul. peccatum.2.p.§.3.n.7.

11 Est tamen aduertendum ad vnum singulare, quòd omne iuramentum (quod exigit relaxationem) instante necessitate, vel magna vtilitate si Superior non potest adiri,potest contraueniri absq; relaxatione.vt Inno.in c.venerabilem.de electio. nu.fi. quem sequitur Abb.ibi.nu. 24. & Abbatem sequitur Bernard.

Bom-

Bombin. in conf.73.nu.3.

12 Restat nunc respondere ad fundamẽtum,quod mouebat dubium,de quo diximus in principio huius articuli(scilicet quòd iuramentum fit Deo)ad quod duplex datur responsio: vna Doctorum,altera mea. Responsio Doctorum est ꝙ licet iuramentum præstetur Deo,potest per partem remitti,vt in c.1.de iureiur.& ibi gl.verb.relaxanda.& ibi Abb.n.4.tex.in c.tuas dè vsuris. Iuncta gl.verb.desistere.& notatur in c.consuluit.de vsur.& dd.quos refert,& sequitur Affl.dec.80.n.5.& Tellus Hernand. in l.6.Tauri.n.42. Et sæcularis Iudex est competens ad compellendum recipientem iuramentum metu extortum,ut id relaxet iurati.vt tradit Fel.in c.1.de iureiur.& Affl.dec.263.n.3.& Greg.Lop.in d.l.fi.tit.11.p.3.verb.*que lo hizo por fuerza.* & Marãt.in pract.4.p.dist.11.n.66. Quod faciet Sæcularis per capturam personæ per tex.in l.illicitas,ff.dè off.Præsid.vt Bald.in c.1.§.item Sacramenta.de pacè iura.firmand.nu.8.quem refert, & sequitur Affl.dec.80.n.5.&6.& dec.263.n.3. quem sequitur Bernard.Bombin.in conf.49.nu.35.&36. Ecclesiasticus autẽ Iudex id faciet per cẽsuras,ut in d.c.1. de iureiur.& in d.c.tuas. dè vsuris. Mea autem(& verior)ratio est: quia Deus voluntarium,non coactum militem eligit.tex.in c.pręsens clericus.20 q.3.& in c.non est.15.q.1.quod allegat.gl.vnica in c.2. isto tit. ad fi. Et ideò praxis non curat de faciẽdo relaxare iuramentũ, sed admittit contrauenientem propria autoritata absq; relaxatione,& sic remanet expedita ista quæstio iuramenti.

13 Pro complemento nostræ regulæ erit maximi momenti explanare,an in contractibus,qui sunt ipso iure nulli propter metum,sit necessaria sententia declaratoria prædictæ nullitatis, vel possit quis eis contrauenire propria autoritate? Et dico ꝙ Anch.in conf.382.n.2.per transennam dicit credere,ꝙ sit necessaria sententia declaratoria. at ego intrepidè teneo contrarium, scilicet non requiri Sentẽtiam declaratoriam,& ꝙ possit quis contrauenire propria autoritate per tex.expres. meliorem de iure in c.1.isto tit.in quo patet,ꝙ mulier,(quæ coacta mona-

ste-

sterium intrasat, & possessionem emisserat) mortuo marito propria autoritate, absq; lite & sententia declaratoria exiuit monasterium, & matrimonium de facto cùm quodam Milite contraxit. & licet Episcopus eam, & maritum excommunicauit donec separarentur. tamen Papa (ad quem appellauere) iussit eos absolui, & non separari præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ in diffinitiua. Textus etiam expressus, & optimus in c. significauit. de eo qui duxit mat. quam pol. per adulter. vbi valuit secundũ matrimoniũ contractũ nulla snia declaratoria nullitatis primi matrimonij metu contracti præcedente. & ibi notat Abb. n. 2. idem Abb. in c. 2. isto tit. n. 8. idem in c. cum locũ. de sponsalib. idem inducit ad hoc tex. in c. veniens. de spons. super ipso textu. n. 7.

14 Facit pro hac parte, quod Doctores tradunt de matrimonio nulliter (ob aliam causam quam metus) contracto, quòd eo non obstante absq; sententia declaratoria Iudicis, poterit aliud validè contrahi quos refert, & sequitur Matient. in Rubr. tit. 1. li. 5. Recop. glo. 1. n. 55.

15 Ex quo infero duo ad praxim Dominorum Inquisitorũ Hæreticæ prauitatis. Primum, ꝙ si procedẽdo contra Monachum, Monialem ve, seu Clericum in Sacris: quia matrimonium carnale post monachatum, seu ordinis Sacri susceptionem contraxerint, & oppositum, & allegatum fuerit ab eis, quòd talem Monachatum, sed ordinem Sacrum per metum susceperunt, ꝙ debent remittere causam examinandã Ordinario super dicta exceptione, vt ex ea quid faciendum sit intelligant. Nam si nullitas metus illati causa constet: tunc liberè debent dimitti, si autem non constet, quòd tunc eos puniant: & sic, quòd seruetur dispositio. d. c. 1. isto tit.

16 Secundũ, quòd si procedendo contra Binubos opposuerint, se primum matrimonium metu contraxisse: quòd debent facere iddem, quod in casu præcedẽti: & sic quòd seruetur dispositio. d. c. significauit. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adulterium. Quod fallit quandò metus infertur ad contrahendum cũ

ali-

aliqua de certo genere : quia tunc valet matrimonium per iura,quæ adducit Palat.Rub.in Repeti.c.per vras.3. notabi. §. 11.num. 1.

17 Secunda regula sit : omnis contractus Prophanus metu gestus ualet mero Iure, sed rescinditur vt in toto titulo. ff. isto tit. & l.dolo.C.de inutilib.stipulatio. Colligitur ista regula ex d. gl.unica.c.2. istius tit.& ex Abbate. ibidem. n.7.cum seq. & ex Hostien. in sum.istius tit.n.6.& ex Andr.Geil in suis pract. obser.lib.2.obser.93. n.4. cum duob. sequent. Ratio istius regulæ est: quia in Prophanis sufficit voluntas simpliciter vt in c.merito.15.q.1.& in l.si mulier.§.pen.ff.isto tit.

Fallit primò ista regula in prorogatione iurisditionis metu
18 facta,quæ non valet ipso iure tex.in l.2.in prin.ff.de iudi.gl.vnica in d. c.2. isto tit.& ibi Ant.de But.n.10. & Zabar. nu.1. vers. quintus casus.& Abb.nu.12. & Padill. in d.l.interpositas,C.de transactio.nu.7.

Fallit secundò in autoritate tutoris metu interposita, quæ ip
19 so iure non ualet.tex.in l.1.§.fi.ff.de autorit.tutor. & d.glo.vnica.& Ant.de But.& Zabar. vbi supra proximè, & ibidem Abb. n.14.& Padill.d.n.7.

20 Fallit tertiò generaliter in administratorijs ex munere officij per d.§.fi.proximè allegatum.& Bal.in tit.de controuer.inuest. n.fi.& Dec.in l.velle non creditur.ff.de reg.iur. nu.4. quem refert,& sequitur Sarmiento in tract.de reditib. Ecclesiæ. 1. p.c. 4. num. 8.

21 Fallit quartò in mandato per vim cõcesso,vt dd.quos refert, & sequitur Sarmiento d.n.8.

22 Fallit quintò in contractibus innominatis, in quibus est locus pœnitentiæ.ut Sarmiento vbi sup.n.9. De quorum contractuum innominatorum materia vide Ant. Gomet. in lib.2. var. c.8. per totum.

23 Fallit sextò in contractibus in quibus interuenit enormissima læsio. Quam fallentiam considero : eo quia sola enormissima læsio absq; metu annullat,& ob id fit fructuum restitutio,ut

Gam-

Gamma in dec. Lusitan. 1. p. dec. 94. n. 3. à fortiori ergò annullabit, si interueniat metus.

24 Fallit vltimò in omnibus casibus annexis, & accessorijs ad spiritualia, vt diximus supra n. 4. cum sequentibus.

25 Sunt & alij casus prophani, qui controuersiam patiuntur an valeant, an sint nulli? Qui sunt: additio hæreditatis, testamentum, sententia. Et placuit multis. dd. eos remanere sub regula non obstante contrariorum. dd. opinione: et sic quod valeant, et quòd debeant rescindi. Quos latè et benè examinat Padilla in d. l. interpositas C. de transactio. primum in n. 8. secundum in n. 9. tertium in n. 11. ad quem me remitto ne eum hic transcribã Quæ opinio mihi non placet: quia hi actus sunt liberæ voluntatis. & sic à communi opinione discedit Mencha. de succefs. crea. §. 17. nu. 5. tenendo non valere ipso iure testamentum metu factum sequendo Ias. Quod & Imola tenet in l. 1. ff. dè testa. & alij multi, quos omitto: q a moueor ratione, & non multitudine. dd. iddem tenet ipse Menchaca in tract. de succefs. progressu. §. 30. n. 16. Vbi etiam tenet, quòd si Tabellio fuit coactus ad faciendam scripturam testamenti, tale testamentum sit nullum ipso iure, & esse communem. Et iddem esse si testis compulsus fuit adesse testamento. à fortiori erit nullum ipsum testamentum. Et Iudiciũ de testamẽto est dè additione hæreditatis. Et dè sñia est tex. expressus in c. iniustv iudicium 11. q. 3. coditus à Calixto Papa, & in c. cẽ. 25. q. 1. cõditus à Marcello Papa: q cõtrariũ tenuere loquuti sunt cõtra iura, expressa. Et tamẽ aduertẽdum, ꝙ electio certæ ꝑsonæ per metũ facta nõ valet ipso iure, secus quãdo fit de incerta, alicuius tamẽ generis, vt Pala. Rub. vbi sup. isto c.

26 Tertia Regula est dè contractu nudo, vt supra n. 2. diximus.

27 Vltimò & pro complemento nostri capitis, & ut praxis sit manifesta, est dicendum, ꝙ in contractibus ipsò iure nullis libellus debet concludere: ꝙ declarentur nulli, & non debet peti, ꝙ rescindantur. Quia quod nullum est, rumpi non potest. tex. in l. nam & si. ff. dè in iusto rupto, irritoq; fact. testa. l. qui binos, ff. de vsufr. Et in contractibus, qui mero iure valent: debet conclu-

dere libellus quòd rescindantur.hanc practicam colligo ex supradictis regulis.& sentit glos.vnica in d.c.2.isto tit.& ibi Anton.de But.num.7.iuncto.num.11.

RECAPITVLATIONES. CAP. 10.

P*Robationis materia in causa metus per sex conclusiones expenditur*. 1.

CAP. 10. DE PROBATIONIS MATERIA in causis metus.

1 IAm tempus est accedendi ad materiam probationis faciendæ in causa metus:quam ut expeditissimè, & Magistraliter expediam sequentes facio conclusiones.

Prima quis teneatur probare in hac materia metus?An allegans metum,an eius aduersarius negans metum?

Secunda an sufficiat probare metum in genere,vel sit necesse probare eum in specie?

Tertia quibus modis probabitur metus, vt dicatur plenè probatus.

Quarta an probato metu admittatur probatio in contrarium?

Quinta dato concursu probationum, quæ probatio præferatur?

Sexta quo modo probabitur spontanea voluntas?

RECAPITVLATIONES. §. 1.

C*Onclusiones omnes de materia probationis in causa metus sunt difficillimæ*. 1.

Cui incumbat onus probandi genericè. 2.

In

§. 1. QVIS TENEATVR PROBARE in causa metus?

1 Difficillimæ sanè omnes prædictæ conclusiones sunt, sed difficilior omnibus est ista: quis teneatur probare in materia metus. Quam (Deo Duce) Magistraliter explicabimus, & in ea rationem decidendi ad caput primum huius tituli (nusquam ab aliquo percepta) assignabimus. & sic remanebit in posterum difficultas illius textus plana, & manifesta.

2 Materiam qui in cubat onus probandi genericè tractat Speculator in tit. de probatio. §. 1. incipit: Probare autem. per totum. & nouissimè instus Reuberius in tract. de testibus. 3. p. à nu. 81. vsq; ad 113. mirificè sanè, & prout tantos viros decebat: sed tamen ab eorum dictis nostra difficultas in specie diffiniri non potest, immo eis casus noster addi potest.

3 Et vt species nostra percipiatur distinctione est procedendũ, sic: aut sumus in casibus, in quibus requiritur voluntas libera,

seu spontanea, seu plena. aut sumus in casibus, in quibus sufficit voluntas simpliciter, sinè illa qualitate. Primo casu is, qui metum passus est, siue actor, siue reus non tenetur probare metum, sed aduersarius eius tenetur probare illam qualitatem spõtaneę, liberæ, seu plenæ voluntatis tex. express. in c. 1. isto titu. qui singularis est, & à nemine benè perceptus, neq; intellectus. vbi mulier (quæ ingressa est monasterium, & professionem emisit, & postea propria autoritate exiuit monasterium, & matrimonium carnale de facto contraxit) non arctatur probare metum, sed moniales arctatæ fuerunt probare spontaneam voluntatem illius mulieris in professione interuenisse. Et quamuis dura visa sit decisio illius textus ignorantibus rationem decidẽdi ad illum, tamen non est nisi iuridca, & regularis. Quod planè ostenditur tradita ratione decidendi sua.

4 Quæ fundatur in duplici regula generali Prima, ꝙ quandò aliqua qualitas requiritur ad essentiam alicuius dispositionis, fundans se super illa qualitate debet illam probare, siuè actor, siue reus. & non sufficit probare factum nisi probet illam qualitatem simul cum facto. tex. in l. Fulcinus, §. 1. ff. ex quib. caus. in posses. eat. tex. in l. Titius, ff. dè militar. test. & in l. non solum. §. sciẽdum. ver. sed vt probari possit, ff. dè nou. ope. nunt. & ibi Bar. n. 1. & 2. tex. etiam in l. j. §. ait prætor. ff. nè quid in flu. publ. & ibi ex eo notat Bar. n. 1. quem. §. legit in §. quod autẽ. & Bart. sequitur Alex. in cons. 1. vol. 3. n. 24. Ponit hanc regulam allegando. alias allegationes Io. Crotus in tract. dè testib. p. 9. nu. 49. tenet allegando alia iura Bal. in l. Titia diuortium, ff. sol. mat. n. 2. ad regulam multos congerit. dd. Hippol. dè Marsil. in Rub. C. dè probat. n. 437. & n. 439. & in singulari. 187. per tot. & Ant. Gomez. in lib. 2. uariar. c. 3. n. 22. Et ideo in actu requirente voluntatem cum hac qualitate libera seu spontanea, seu plena non sufficit probare factum, nisi probetur illa qualitas, ut probatum remanet, & ut sup. diximus in c. 8. §. 2. nu. 13.

5 Secunda regula est, ꝙ quãdo duo seu plura coniunctim requiruntur, probanda sunt oĩa aliàs deficiens in probatione vnius de-

deficit in toto.tex.in d.l.Titia diuortium,ff.sol. matr.& ibi Bal. ponit etiam istam regulam ex eo.n.1.& Ang.n.2.& tex. in l. a testium,§.si quis ex testibus,ff. de testament. & qui testa. facer. poss.& Hiero. Schutpff. in consi.19. nu.4. cent.2. & sequitur M. Castrio.in additio ad Masue.tit.de probatio. n.27. Sed in his casibus in quibus requiritur voluntas libera, duo coniunctim requiruntur,scilicet voluntas:& libertas voluntatis: & sic non sufficit probatio. voluntatis, nisi probetur, q̃ fuerit libera coniunctim.

6 Neq; obstat ratio dubitandi,quę potest sumi ex litis præsumptione,scilicet q̃ in dubio contractus præsumitur sponte factus, nisi contrarium probetur,secundum tex.in l.2.C.isto tit.& Alc. in tract.præsump.reg.3.præsum.7.n.1. quem refert, & sequitur Rebuff.in cõment.2.to.in tract.dè rescissio.contract. gl.12.n.11 quia illud procedit in casibus,in quibus sufficit voluntas simpliciter, non quandò requiritur voluntas dùm qualitate libera: quia tunc requiritur probatio specifica, & non sufficit præsumpta per d.duas regulas ad ductas in ratione decidendi. Et sicut in simili dicimus,quòd licet quis præsumitur bonus, & idoneus,vt dicit gl.in c.1.de testib.verb. idonei. vbi allegat, tamẽ si Lex,uel statutum requirit,quòd testis sit idoneus, & bonæ famæ,non sufficit probare per testes. nisi probetur.illa qualitas in teste: quia illa præsumptio regularis non sufficit,quandò exigitur illa qualitas,ut Euerar.in consi.19.n.13.& alij plures.dd.sed melius,q̃ alius Ioan.Crot.in tract.de testib.p.9.n.46.cũ quinq; sequentibus. Neq; obstat 2.ratio dubitandi quæ potest deduci de l.actor quod asseuerat.C.de probatio. quia illa assertio est prægnans,& parit negatiuam vnde dicẽs q̃ fuit metu coactus videtur negare spontè fecisse Bal.in l.fi.C.de hæredi. insti. n.fi. & tunc actor non teneť probare per regulam generalem ipsius legis actor.quam ponit dè negante.

Deueniendo ad secundum casum nostræ distinctionis: scilicet quandò sumus in casibus, in quibus sufficit voluntas simpli-
7 citer absq.illa qualitate libera,tunc temporis is,qui metũ passus

ſus eſt, ſiuè actor, ſiuè reus tènetur probare metum tex. in l.ſi cũ exceptione, §.in hac actione.& in l.non eſt veriſimile, ff. iſto tit. & in l.interpoſitas, C.dè tranſactio.& in hoc caſu intelligendus eſt Ioſeph.Maſc.in tract.de probat.p.1.concl.78.nu.13.& quos ibi.refert.

8 Ratio decidendi ad noſtram concluſionem eſt etiam duplex. Prima quia in his ſufficit voluntas, etiam ſi ſit coacta: quia voluntas eſt.tex.in c.meritò.15.q.1.& in l.ſi mulier.§.pe. ff. iſto tit. & ſic facto, ſeu contractui ſtandum eſt, donec metus probetur.

9 Secunda ratio decidendi eſt: quia in dubio actus præſumitur abſq; metu factus, ut diximus ſupra n.6. & hoc, nè præſuma tur delictum ſecundum tex.in l.meritò. ff. pro ſocio.

10 Fallit iſta ſecunda noſtra regula: quandò eſt præſumptio metus contra factum. Quia tunc non probabit metum paſſus: nam illa præſumptione releuatur, & transfert onus probandi in aduerſarium, ut colligitur ex Alc.ubi ſupra, vbi dicit: ꝙ agens interdicto recuperandæ habet præſumptionem pro ſe, ꝙ metu renunciauerit. Quem ſequitur Rebuff. vbi ſupra. Et regulatiter præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, ut tradit Speculator in d.§.1.d.ti. de probatio. nu.11. & Ioan. Cro. in d. tract.de teſtib.1.p.n.10.ubi ambo allegant.

Et ideò Domini, qui aliqua onera habẽt ſuper ſubditis abſq;
11 titulo, tenenẽ probare, ꝙ ſubditi ſpontè, & non per vim ea onera exhibuerint, ut dd.in c.quod latẽter. de reg. iur. in decret. vt firmat Couar.in reg.Poſſeſſor.2.p.§.4.n.1. & 5. Quia præſumptio eſt contra eos, ꝙ ſubditi non ſpontè ſed per vim, & metum ſoluerint. & Zaz. in l.1. §. quæ onerandæ, ff. quár. rer.áct. non det. nu.8. Et ſic remanet expedita ex prima cõcluſio.

RECAPITVLATIONES. §.2.

Metus debet probari in ſpecie, & non in genere. 1.
Qualitas metus debet in ſpecie probari. 2.

Me-

Metus illatus quo ad vnum contractum durat, & operatur quo ad alios posteà factos. 3.

Minæ, vel verbera illata ex vna causa sufficiunt ad probandum metum quo ad aliam. 4.

Sufficit probare probabilem timorem metus. 5.

Non est necesse probare personam, à qua sit illatus metus. 6.

§.2. AN SVFFICIAT PROBARE METVM in genere?

1 AD secundam conc[illegible]sionem deueniendo dico: q regula est, q metus debet probari in specie, & non in genere (hoc est, q fuerit illatus pro illo actu, seu contractu faciendo) vt patet in c. accedens. dè conuersio. Coniugator, & ibi Inno. verb. verbera. idem in c. cum locum. dè spon. n. 2. & ibi Io. Andr. nu. Bal. in l. interpositas, C. de transf. n. 4. & ibi Rimi. nu. 3. & ita fuit decisum in Concilio Neapol. vt testatur Affl. dec. 246. n. fi. tenet Rebuf. in cōmentar. 2. tō. in tract. de rescis. cōtract. gl. 22. n. 4. & Rol. Valle in cons. 83. vol. 2. n. 23.

2 Et non solum debet probari in specie contractus, sed debet probari in specie qualitas metus illati, hoc est, quæ minæ, quæ verbera, quæ aliæ intimidationis fuerunt illatæ, & factæ. tex. in d. c. accedens. & in d. l. interpositas. & ibi Bal. d. n. 4. & Faber in §. quadrupli. inst. dè actio. n. 2.

3 Fallit primò nostra conclusio, & eius ampliatio, quandò semel fuit illatus metus quo ad vnum contractum: quia tunc præsumitur durare ille metus quo ad alios contractus. ita Cyn. in l. 2. C. isto tit. n. 2. in fi. Bal. in l. C. dè his qui propter. met. iud. non appell. 1 1. 3. & 4. quem refert, & sequitur Phil. Franc. in c. fi. dè app. nu. 8. & ibi Dec. n. 22. in fi. & tenet Euerar. in cons. 19. n. 23. & Rebuff. per multa iure, & rationes vbi sup. n. 5. & 6. vbi dicit ita seruari in actu iuditiario, quicquid de stricto iure dicatur. & Rebuff. sequitur Auenda. in suo dictionario. verb. fuerza in fine

quos

Digitized by Google

quos ego sequor, licet aliqui voluerint contrarium, vt fuit Innoc.& Affl.vbi sup. Confirmatur ista fallentia arguẽdo ex praecedentibus,& à praeterito,vt videre est supra c.2.§.7.n.19.& 20
4 Ex qua fallentia corollariè sequitur, ꝙ quandò probantur minę, vel verbera,etiam si sint illata ex alia causa sufficiunt ad inualidandum actum,nisi pars aduersa probet interuenisse ex iusta causa: ut potè ꝙ vxor fuerit inuenta in adulterio,& ob id fuerit verberata: quia talia verbera non probabunt metum in alia causa, ita Rebuff. vbi supra num.7. & per allegationes suprà in praeambu. num.22. Quod confirmatur à solitis de quo late Euerard. in topicis legalib. cap. ab vsitato. seu a solitis per totum.
5 Fallit secundo quãdò probabiliter dubitatur de offensione: quia tunc licet non probetur metus illatus, sufficit probabilis timor eius. per ea quae traddidimus supra in c.2. §.6. nu.1. cum multis sequentibus.
Est tamen aduertendum,quòd non est necessè probare quis
6 sit,qui metum intulit: sufficit enim probare metum illatum, licet non designetur persona tex.in l.si cùm exceptione. §. in hac ff.isto tit.& ibi gl.pen.& Bal.n.1.& Ang.n.4.& Faber in §.quadrupli.inst.de actio.n.2.& ibi Ang.n.2.et ante omnes Azo. quẽ refert,et sequitur Ant.Gabr.Rom.lib.7.conclus.17.nu.10.

RECAPITVLATIONES. §.3.

IN probationibus stat causarum pondus. 1.
Probatio, sufficiens contra metum inferentem sufficit contra tertium.
Probatio relinquitur Iudicis arbitrio. 2.
Probatio metus relinquitur arbitrio Iudicis. 3.
Probatum dicitur aliquid quandò Iudici est facta plena fides, quomodocumq; sit. 4.

Pro-

§.3. QVIBVS MODIS PROBETVR METVS.

1 Venio nunc ad tertiam conclusionem, quæ nimis necessaria est: quia in probationibus stat causarum pondus. l. qui repudiantis, §. fi. ff. dè inoffi. testa. quam ad hoc citat Bal. in l. ingenuum, ff. de statu homi. n. 6. & tenet Sylu. nuptial. in lib. 5. n. 121. ad finem. Et præmitto, quod probatio sufficiens contra metum inferentem, erit sufficiens contra tertium, ad quem res deuenit, vt dixi supra. c. 8. §. 4. n. 3

2 Et est sciendum, quod generaliter omnis probatio relinquitur arbitrio iudicis tex. in l. 3. §. 1. ff. dè testib.

Et in causa metus expressè tenent. dd. relinqui probationem

3 Iudicis arbitrio, ut Paul. dè Cast. in l. admonendi, ff. dè iureiur. n. 38. cum seq. Dec. in c. fi. de appellatio. n. 24. idem in l. in omnibus causis, ff. dè regul. iur. n. 7. & alij dd. quos refert, & sequitur Couar. in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 10. Caballi. in suis milleloq. 2. p. c. 787. Rebuff. in commentar. 2. to. tract. de rescis. contract. gl. 12. n. 14. & Menoc. in tract. dè arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. casu 136. nu. 2.

4 Ex quibus sequitur, quod tunc dicetur aliquid probatum, quandò est facta iudici plena fides: hoc est, quādò Iudex per ea, quæ sibi ostensa sunt, est adductus ad credulitatem. tex. in l. quinquaginta, ff. dè probatio. l. ad fidem, ff. de testib. l. procurator. C. de edend. ita dicit Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. nu. 15. quem refert, & sequitur Gabr. Paleot. in tract. de nothis, spurijsq; filijs, c. 21. n. 3. tenet etiam Soc. in cons. 11. n. 6. lib. 3. & in cons. 98 n. 8. lib. 4. quem sequitur Dec. in cons. 510. n. 3.

5 Vndè Iudex potest credere probationi verisimili, & persuasiuæ licet non concludēti. Quod approbat Senat. Pedemont. in dec. 1. n. 30. Est tamen aduertendum, quod debemus cauere a Ripa in responso. 105. n. 4. vbi dicit, quod ad probandum metu gestū requiritur legitima probatio per tex. in c. 1. isto tit. ibi, legitimè probatum fuerit. & subdit, quod vbi requiritur legitima probatio debet fieri fides indubitata. & sic destruit nostram doctrinam.

quia

quia in primo malè dicit in duobus: Primò in quantum dicit, quod requiritur legitima probatio: quia nō requiritur specificè legitima probatio in probatione metus, sed relinquitur arbitrio iudicis, vt diximus in n.3. Secundò in quantum adducit tex. in c.j. isto tit. quia ille tex. loquitur in probatione spontaneę voluntatis, non in probatione metus. vt in eo videre est. Et etiam debemus cauere à Bertrand. & à Bursato, qui eum sequitur, & à Iosepho Masc. qui eos sequitur in tract. de probat. 2. p. cōcl. 1055 n.14. dicentibus, quòd ad metum probandum requiruntur veræ, & liquidissimæ probationes, nec satis sunt præsumptiuæ. Quorum Doctorum, & Ripæ decisiones sunt intelligendæ, quòd procedant in casu quem ponimus infra n.24.

Item est sciendum, quod in omnibus causis, in quibus numerus
6 testium non est assignatus, sufficiunt duo testes. tex. in c. licet vniuersis. de testibus. & in c. pluralibus loquutio. dè regul. iur. in 6. & in l. vbi numerus, ff. dè testib. & in l.32. tit.16. p.3. Etiam in actis grauissimis tex. in c. quotiens. de testibus. quem ibi commendat Abb. nu.1. & communiter Doctores. Et etiam contrà Papam, vel Imperatorem, vt gl. in c. Pręsul. 2. q.5. verb. Præsul. quam sequitur Abb. in d.c. quotiens. d.n.1. idem Abb. in c. at si clerici. de iudi. nu.3.

Et in specie nostra (hoc est in causa metus) sufficere duos te-
7 stes tenet Bal. in l. nostram, C. de testa. n.9. & Ias. in d.l. interpositas, C. de transactio. n.5. quos refert, & sequitur Caballi. in d. milleloq. 787.

8 Quod ampliatur in tantum, quod non solum duo testes cōtestes, sed etiam singulares sufficiunt ad probandum metum, vt Tho. Gram. in dec.5. n.15. quem refert, & sequitur Iacob. Phil. Portius in suis communibus conclus. vtriusq; Iuris. concl.34. in 1. limitatione in 17. illatio. & Ant. Gabriel Roman. in suis conclus. tit. dè testib. concl.2. limit.21. n.56.

Quæ ampliatio corroboratur: quia in causis difficilis proba-
9 tionis. duo testes tendētes ad eundem finem faciunt plenā probationem tex. in l.1. tit.2. lib.8. ordi quæ (hodiè est, l.4. tit.6. lib.

Digitized by Google

8.recop.) & ibi Did. Perez.verb. se pueda prouar. qui benè loquitur dè materia.tex.etiam in l.8.tit.15. li.8.ordi. (quæ hodie est.l.6. tit.9.li.3.recop.) & ibi etiam Did. Perez, & dd. quos allegat Euerar.in suis topicis legalib.in præambul.n.8.

10 Et causa metus est difficilis probationis: quia vt plurimum infertur secretè, & intrà domum vt testatur Rafael Cuman. in cōs.68.n.3.& Imola in c.causam matrimonij.de offi.deleg.n.11 quē ibi sequitur Barbat.n.12.in medio & in cons.38.n.28.vol. 4.& Soc.iunior in cons.47.n.33.vol.3.& Alc.de præsumpt. reg. 3.præsump.7.n.3. Boer. dec.101.n.6. Rebuff.in comment. 2.to. in tract.de resc is.contract.gl.12.n.14.& And.Geil in pract. obser.li.2.obseru.93.n.18.Caball.in d.milleloq.787. Menoch. in tract.dè arbit.iudi.li.2.cent.2.causa.116.n.17.ubi traddit alios casus difficilis probationis.Padill.in d.l.interpositas,C.de transactio.nu.33.

11 Et etiam probatur cum vno teste, & aliquibus coniecturis, seu rationibus. Nam regulariter isthæc in omnibus causis est plena probatio.tex.in c.de testibus.de testib.l.1. §. ijdem Cornelio.ff.de qō.l.instrumenta.C.de probatio.gl.in l.2. in prin.ff. dè excusat.tutor.verb. legitimis.& Bar.in d. §. ijdem Cornelio. num. 3. quem, cum alijs glos.ibi refert, & sequitur Hippoly.de Marsil.nu.2 dicit Communem Socyn.iunior in consil. 56. nu. 5. volum.4.

12 Item probatur metus inditijs,& præsumptionibus, & coniecturis Bal.in d.l.interpositas,C.de transf.n.5.& Ant.de But.in c. sollicitè.de rest.spol.n.10.quem sequitur Roder. Xuarez in allegat.23.n.23.Dec.in cons.218.n.2.idem in l.in omnibus causis, ff.dè reg.iur.n.7.Alex.in cons.98.vol.3. nu.6. ubi alios allegat. Soc.iun.in cons.47.n.33.vol.3.Anch.in cons.299.n.1.& 3. Purpur.in cons.282.n.12.& in cons.579. nu.12.Cuman.in d. cons. 58.n.3.& 5.Alc.de præsumpt.reg.3. præsump.7.n.2.Senat. Pedemon.in dec.179.n.1.Rebuff.in comment.2.to.in tract.de resc is.contract.gl.12.n.14.Menoc.in d.cons.1.vol.1.nu.273. Caball.in d.milleloq. 787.Gamma in dec.Lusit.1.p. dec.346.n.2.

Io-

Digitized by Google

Ioseph.Masc. in tract. de probat. 2.p. concl. 1056. per tot. Et hoc esse communiter receptum in metu nocturno, vel clandestino testatur And.Geil d.obseru.93.n.16.ex Bald.in d. c. causam matrimonij.de off.deleg.n.4.quem refert,& sequitur Barbat.in cons.38.n.28.vol.4. Quibus astipulantur ea quæ tradit Euerar. in suis topicis legal. c.à communiter accidentibus. vbi in toto illo capite loquitur singulariter dè materia, maximè.nu.16.

13 Item argumentis leuioribus probabitur metus teste Padill. in d.l.interpositas,C.de transf.n.33.per c.fi.de testib.cogend. & per l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re militari. Est tamen aduertendum ad supra dicta quòd inditia,& præsumptiones,& cõiecturæ,& argumenta relinquuntur Iudicis arbitrio Menoc.dè arbit.iud.lib.2.cent.2.casu 136.n.2.& Iosep. Masc.in tract. de probat.2.p.concl.1056.n.10. cum sequentib.& aliquæ possunt colligi ex omnibus quæ traddidimus supra c.2. §.7. per tot.

Et an protestationibus probetur metus examinandũ est? Pro
14 cuius profecta declaratione præmitto : q̃ dè materia protestationis in genere loquuntur Bart. in l.non solum. §. morte, ff.dè oper.nou.nunt.& dd.in c.cum M.Ferrariensis. de consti. & in l. qui in aliena.§.Celsus,ff.de acq. hær. maximè Iason per totam. & Archid.in c.Diaconus.27.dist.n.3.per totum.& Gom.in Regu.Cancellariæ de annali possess.q.14.vers.pen.incipit nec obstat.& in q.76.& Pinel.in auth.nisi tricen. nu. 43. in 4.ampliat. vbi multos dd.allegat.& Caballi.in suis milleloq. 2.p. c.869.

15 Præmitto etiam,quòd protestatio non est necessaria in causa metus , ideò si metum passus non sit protestatus, nihilominus admittitur ad probationem metus,& iuuabitur eo . ita patet in c.1.isto tit.& ibi glo. in verb.proposuit.et verb.non timore mortis.et gl.in c.Lotharius.31.q.2.verb.innotuit.in fi. et Cuma. in d.l.qui in aliena.§.fi.n.7.Dec.in c.fi.de app. nu.21. idem in l.in omnibus causis,ff.dè reg.iur.nu.12. idem in cons.218.nu.4. ubi alios allegat.Purpur.in cons.579.n.5.vol.2.Couar.in 4.decret. 2.p.c.3.§.5.n.fi.

His

16 His ita præmissis ad nostram speciem deueniendo dico,ꝙ magna pugna est inter iura,et Doctores super hoc puncto.nam lex metum,C.isto ti.dicit: quòd metus non probatur protestationibus,neq; reclamationibus. et hanc partem per illam legem tenet ibi Paul.dè Cast.n.j.& Abb.in d.c.causam matrimonij. dè offi.deleg.n.5.& Soc.in cons.4.vol.3.n.31.& Phil.Fran. in d.c. fi.de appel.n.3. At tex.in c.j.isto tit.ibi:& ꝙ in dè quandocūq; posset exiret.& tex.in d.c.Lotharius.sentiunt contra.& gl.in d. c.Lotharius.verb.innotuit.quam sequitur Soc.iunior in l. si qs in principio testamenti,ff.de lega.3.& n.61.& potest adduci ad id gl.in d.c.Diaconus 27.dist.verb.contestatus. in quātum adducit.d.c.Lotharius.& tenet expressè Ray.prout refert Abb.in d.n.5.& tenet Gasp.Cald. in cons.j. huius tit.nu.3.& facit melius dictum Aymo.Crauet.in cons.114.uol.j.n.6.vbi dicit: quòd præsumitur contra non protestantem,ꝙ spontè,contraxerit, vt supra eum retulimus,c.8.§.3.n.12. Resolutio tamen nostrę qōnis sit: ꝙ aut protestatio præcedit factum, & tunc probet, & sic procedat secunda opinio.aut protestatio fit post factum, & tūc non probet,& sic procedat prima opinio.& ita distinguit.Calderi.vbi supra. Neq; obstat d. l. metum: quia illa intelligitur in protestatione facta post factum,prout intelligit.d.gl.ver. innotuit. Et sic ꝙ fallat illa lex.in protestatione antè factum. Item fallit quandò aliqua præsumptio fauet protestationi, vt Soc.iun.d.n.61.& sic intelligatur dictum Abbatis, & aliorum, qui in d.leg.fundantur. Nisi malueris,ꝙ eo quia d.l.metum,loquitur simpliciter,& sinè distinctione,& non possit distingui: quòd una quæq; lex seruetur in suo foro,quod non probo.

17 Vnum verò est absq; dubio (scilicet) quòd protestatio siuè præcedat,siuè sequatur vtilis est, et multum iuuat, vt prædicti Doctores. et patet in c. consultationi. de sponsalibus. et ibi tenent multi Doctores.et Bal.in Rub.istius tituli.nu.4.et Socy.in cons.27.n.13.vol.3.ibi: præterea.cùm.n.sequenti. et Ias.in l.pacta nouissima,C.de transactio.n.12. in fin. quem sequitur Sylua nuptialis in li.2.n.119.et Craueta in d.cons.114.vol.1.nu.6.

Etiam

Etiam si talis protestatio fiat in absentia, vt Iaſ.d.n.12.& Sylua nupt.vbi sup.& Ant.de But.in c.tua nos.de sponsal. n. 16. & ibi Abb. n.9. quos refert,& sequitur Soc.in d.c.conſ. 27.n fi. Pro-
18 dest etiam protestatio facta post factum,si fit statim,quòd quis potuit fugere, ad purgandam præsumptionem ratihabitionis. per tex.in d.c.consultationi.de sponsalib. & ibi. dd.& Alex. de Neuo in conſ.12.n.12. & Anch.in conſ.299.n.j. & 3.

19 Item probatur metus cum solo vno teste, per tex. expreſſ. in c.præsens clericus 20. q. 3. vbi sola depositio patris fecit plenã probationem.& ex illo textu ibi notat glo.verb. patrem, & per illum tex.ita tenuit Speculator in tit.de teste,§.restat dè numero testium. n. 10. vbi enumerat istum, & alios casus vsq; ad triginta casus in quibus creditur vnico testi.quem in omnibus 30. casibus sequitur Abb.in c.licet vniuersis.de testib. in fi. et Soc. in regula.506. incipit:testi vni.fallẽt.2.et Hippol.de Marſ.in d. l.j.§.ijdem Cornelio.ff.de quæstio.n.4. et in conſ.61.vol.j.n.80. et Caſſan. in consuet.Burg.Rub.j.§.6.super verb.sunt Creuz.n. 4.et Ant.Gabr.Roma.in suis conclusionibus tit. de testib. conclu.j.n.74.verſ.reliquos.et Socyn. sequitur Franc. Viu.in com. opinionibus.opin.294. et tenet Cepol.in cautel. 144. et cautel. 150.et Boer.in d.dec.101. n.9.et notat ex d.textu Montalb.in l. j.tit.8.li.2.Fori legum. Et sic non est curandum de Doctorib. contrarium tenentibus: qui sunt Alc.in tract. de præsump. reg. 3.prę sump.7.n.fi.et Couar. (qui eum sequitur) in 4. decret. 2. p.c.3.§.5.n. 11. & And.Geil in d.obseru.93.n.14. in fi. Neq; de conciliatione,quam adducit Ioseph.Maſc.in d.tract.de proba. 2.p.concl.1057.n.7. vbi dicit: ꝙ procedat prima opinio quandò cùm vno teste concurrunt alij de auditu. Quia omnes loquuti sunt contrà dictum textum expressum in d.c.præsens clericus, & contra illius glosam,et contra tot tantos q; Doctores.et vt vitetur dicta contrarietas est dicendum: quòd prima opinio procedat quandò vnus ille testis est, qui metum intulit,ut patet ex illo textu.& sic intelligantur loqui Doctores eã tenentes. secũda quandò testis ille dè ponit de metu ab alio illato, quia tunc de-

Digitized by Google

debent cum teste alia concurrere, vt diximus supra n. 11.

20 Quæ textualis decisio confirmatur (licet non egeat confirmatione) quia quandò sumus in casu valdè difficili, qui sapit quandã impossibilitatem creditur vni testi, ut Hippol. de Marf. in l. si quis ne qõ. ff. dè qõ. n. 145. & 147. & in cons. 61. vol. 1. nu. 31. quem refert, & sequitur Neuiz. in cõs. 54. n. 13. sed causa metus sapit quandam impossibilitatem: quia vt plurimum infertur secretè ne adsint testes, qui possit defendere patientem, vt sup. diximus n. 10. Et per dictam difficultatem, seu impossibilitatẽ probabitur eo modo quo potuerit per regulã dd. ꝙ quandò causa est dè sui natura difficilis probationis, lex contenta est ea probatione, quæ fieri potest de qua Hippol. de Marf. in Rub. C. de probat. nu. 11.

21 Item probatur metus per tractatum præcedentem de cogendo aliquem ad aliquid faciendum si factum sequatur: quia præsumitur metu factum secundum dd. quos refert, & sequitur Iosephus Mascard. in d. tractatu de probatio. 2. par. conclusio. 1055. nu. 44.

22 Item probatus metus per fugam sequentem post factum, factam statim ꝙ quis potuit fugere. vt Mascard. ibid. n. 46.

Item probatur proprio Iuramento in c. statutum, §. cùm ve-
23 rò. vers. sed in duobus casibus. de rescript. lib. 6. & Hippoly. de Marf. in Rubr. C. de probatio. n. 133. & in pract. §. diligenter. n. 44. & multa iura adducit Rojas in tract. de hæreticis. 1. p. n. 212. Et probatur etiam proprio dicto testatoris secundùm Bar. in l. fi. ff. si quis aliquem testa. prohibuc. n. 14. vbi dicit: ꝙ si testator post conditum testamentum dixerit se metu compulsum fecisse testamentum, & ꝙ libenter mutaret illud. nisi timeret. ꝙ vitiatur tale testamentum. & Bart. sequitur Bal. in l. j. C. eo tit. si quis aliquem testa. prohibuer. n. 15. & ibi Saly. in fi. & Paris. in cõs. 67. vol. 2. n. 119. quos refert, & sequitur Mantica in suo tract. de coniecturat. vltim. volunt. lib. 2. tit. 7. n. 5. & lib. 3. tit. 1. n. 8. Est tamen aduertendum ad Bartolum ibi. & ad Manticam in quantum dicunt, ꝙ si testator non exprimit à quo metus est illatus, ꝙ ni-

nihil valet eius dictum, neq; vitiatur testamẽtum, sed ꝙ debet designare à quo est illatus: ꝙ in hoc non est eis standum quia sufficit, quòd dicat, quòd metu fecit, licet non designet à quo fuit metus illatus ita dicit Bald.in l.nostram, C.de testa.ordi.n.9.quem ego sequor per rationem quam adducit Bal. & per ea, quæ diximus supra in §.supra proximo.n.6.quòd sufficit probare metum, licet non designetur persona à qua sit illatus. Item probatur præsumptione iuris, quia regulariter facit plenam probationem, vt Socyn. iuni.in l.dotis causa.n.12.ff. solut. mat. vbi allegat.

24 Est tamen primò aduertendum ad supra dicta: quòd quandò præsumptio est contra metum passum, quòd spontè fecerit, quòd tunc metus per apertissimas probationes debet probari. per tex.in c.quia verisimilè.de præsump.& in l.non est verisimilè. in prin.ff.isto ti.& tenet Bossius in tract.dè plurib. violent. n. 85. cum seq. vbi dd.alios allegat. & per allegationes, quas adducit Rol. Valle in cons.83.vol.2.n.37.&38. De quibus prę-sumptionibus, aliquas poteris videre supra in c.8.§.3. per totũ. Vbi n.16.videbis de hac probatione, quòd possit probari contra hanc præsumptionem.

25 Est etiam secundò aduertendum, quòd solent mariti colludere cùm vxoribus, & simulare, quòd minantur, & verberant, tamẽ ad inuicem habent intelligentiam in contrarium vt (ad aliũ finem) tradit Robert. Marant. in disputatione.7.n.20. ad finem (& ego sciui ab aliquibus maritis, ita fecisse cùm vxoribus suis, & audiui alios maritos ita fecisse) & si istud probetur, nihil ualet probatio actuum meticulosorum, vt ibi dicit Marant. Ex quo infero, ꝙ quotiens mulier, vel filiusfam. & sic alij domestici probant metum cùm multis testibus extraneis, sit talis probatio suspecta, & facit quod diximus supra.n.10.scilicet, quòd metus iste infertur secrete, & sic quòd hisce in casibus magis sit stãdum minori probationi, quam maiori.

RECAPITVLATIONES. §. 4.

Metu probato, non admittitur probatio in contrarium. 1.
Fallit à n.3. vsq. ad finem paragraphi.
Intellectus ad c. super hoc. de renuntiatione. 2.
Spontanea voluntas potest probari per indirectum contra probationem metus. 3.
Contrà metus probationem, potest probari dictum metum illatum autoritate iudicis. 4.
Fallit ibi.
Spontanea voluntas probatur contra probationem metus, si agitur petitorio, & allegatur temporis distantia inter metum illatum, & factum. Secus si agatur possessorio. 5.
Fallit vt ibi.

§. 4. AN PROBATO METV ADMITTATVR probatio in contrarium?

Deuenio ad quartam conclusionem. & dico: ꝙ regula est, quòd probato metu non admittitur probatio in contrarium ad probandam spontaneam voluntatem vt Innoc. in c. super hoc. dè renunc. n. 2. & 8. & ibi Abb. n. 34. & Bal. In qõ. Schismatis in prin. n. 29. Aret. in cons. 14. n. 16. in fi. Hippol. dè Mars. in sing. 325. n. 4. & 6. Alex. de Neuo in cons. 12 n. 10. & Barba. in cons. 54. n. 1. vol. 1. Euerard. in cons. 19. n. 14. Ratio est: quia probatio metus præponderat probationi contrariæ, vt dicunt prædict. dd. Alia ratio etiam potest dari scilicet: quia impossibile est probari spontaneam voluntatem. vt dicemus infra isto capite. §. 6. n. 4.

2 Neq; obstat d. c. super hoc vbi reus fuit ad missus ad probandam spontaneam voluntatem: quia eam opposuit in modũ exceptionis contra simplicem beneficij petitionem, & actor replicauit contra illam exceptionem allegãdo metum. Nam si actor egis-

Digitized by Google

egisset de meticulosa renunciatione, non admitteretur reus ad probationem spontaneæ voluntatis, vt patet ex ipso textu. & probat hanc lecturam ibi Abb. nu. 51. vers. & nota benè, & tenementi.

3 Fallit primo nostra conclusio quandò allegatur spontanea voluntas per indirectum, vel per circunstantias, per allegationes, quas adducam infra isto capite. §. 6. n. 5. ubi me remitto.

4 Fallit secundo, quandò allegatur metus illatus autoritate Iudicis. Quia ista allegatio debet admitti, & probari, vt Innoc. in d. c. super hoc. in verb. exceptio. quem refert, & sequitur Ang. in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de ui Publ. Quæ fallentia temperatur a prædictis Doctoribus ibidem; quòd possit contra eam replicari, q; Iudex metum, & dolum intulit.

5 Fallit tertiò quandò agitur super petitorio, & allegatur distantia temporis inter metum illatum, & factum: quia tunc auditur allegans spontaneam voluntatem per l. 2. C. isto tit. & tenet Innoc. in d. c. super hoc n. 8. Secùs si super possessorio agatur. per c. 2. de rest. spol. per rationes, quas adducit Innoc. in d. c. super hoc. n. 4. Est tamen temperanda, & limitanda nostra fallentia, si allegetur, & probetur, quòd eodem tempore durabat eadem causa metus. per ea, quæ dico infra in c. 12. in princ. n. 2. cum sequentib. quia tunc nòn proderit allegatio, neq; probatio spontaneæ voluntatis per temporis distantiam.

RECAPITVLATIONES. §. 5.

IVdicis arbitrio relinquitur, cui probationi sit standum. 1.
Fallit in causa metus n. 2. fallit ista fallentia. n. 5.
Testes deponentes de metu deponunt de actu visibili, & extrinseco. & deponentes de spontanea voluntate, de actu intrinseco soli Deo cognito. Et ibi de actibus metum demonstrantibus. 3.
Duobus testibus de metu deponentibus magis creditur, q̃ mille de spontanea voluntate. 4.

Testes deponentes de spontanea voluntate. an præferantur, quando adest aliqua præsumptio contra probationem metus? 5.

§.5. DATO CONCVRSV PROBATIONVM quæ præferatur?

1 AD quintam conclusionem accedẽdo (quæ se habet, ꝙ dato concursu probationum, quæ præferat.) dico: ꝙ licet ex supra proxima conclusione videat enucleata, tamen in specie eam explicare necesse est. & est sciendum, ꝙ regula generalis est, ꝙ in omnibus probationum generibus relinquitur Iudicis arbitrio, cui probationi sit standum. c. si testes. 4. q. 3. c. in nostra. de testib. l. 3. per totum, ff. de testib. l. 40. ti. 16. p. 3. Menoch. in tract. de arbi. Iudi. lib. 2. cent. j. casu 90. per tot. quẽ videas: quia ibi melius, q̃ alibi est digestum.

2 At in nostra speciè, & causa metus communis resolutio videt se habere in contrarium, eo quia volunt, ꝙ probatio metus preponderet probationi spontaneæ uoluntatis, ut diximus in §. supra proximo. n. 1.

3 Ratio est. quia testes deponentes dè metu, deponunt de actu extrinseco, & visibili. & deponentes de spõtanea voluntate, deponunt de actu mentali intrinseco, & præsumptio, & inuisibili soli Deo cognito, ut patet de se, & dicunt dd. allegati in d. n. j. §. supra proximi. Et dignoscitur metus vltra verbera, & minas, vel alios actus proximos percussioni: quando in contrahente videt præter morem pallor in vultu, aut vox tremula, aut aliud huius modi ut probatur in allegationibus adductis per Iosephum Masc. in tract. dè proba. 2. p. concl. 1055. n. 47.

4 Et in tantum, quòd volunt. dd. quòd credat plus duobus testibus deponentibus de metu, q̃ centum de spontanea voluntate. vt Inno. in d. c. super hoc. de renunc. & ibi Abb. nu. 34. & 35. idem Abbas in c. 2. isto ti. nu. 10. Bald. in quæst. Schismaticis in princ. n. 29. idem in l. obseruare. §. proficisci. nu. 16. de off. Pro-

con-

consul. Ang. in l. j. isto ti. n. j. idem in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi publi. n. 8. Quos refert, & sequitur Dec. in l. in oībus causis, ff. de reg. iur. n. 8. Ioachi. Minsing. in §. quadrupli. insti. de actio. n. 18. Paris de Puteo in tract. syndicatus in c. incip. quia sæpè Iudices. in fi. Marant. in disp. 6. n. fi. Ias. in l. sed & si. §. quæsitum, ff. si quis cautio. n. 11. idem in d. §. quadrupli. nu. 71. idem in l. interpositas, C. de transactio. n. 5. Bernar. Diaz de Lugo in reg. 750. Bal. nouel. in reg. 214. fallent. finali. Corset. in singul. verb. testis, el 10. n. 1. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. nu. 10. Rebuff. in comment. 2. to. tract. de rescissio. contract. gl. 12. n. 15. And. Geil in suis pract. obser. 2. p. obser. 93. n. 13. & 14. & est cōmunis opinio teste Dec. in c. fi. de appell. n. 27. & Iac. Phil. Port. in suis conclusio. & Regul. lib. 2. concl. 15. & Franc. Viu. in suis communibus opinionibus opi. 291. & Padill. in d. l. interpositas n. 34. & Masc. in tract. de probationibus 2. p. conclus. 1057. per totam.

Fallit nostra conclusio, & eius ampliatio data paritate terminorum: quo casu, seruanda erit regula generalis, quòd Iudex arbitrabitur, cui probationi sit habenda fides, & potest præpōderare probatio spontaneæ voluntatis. veluti cùm sunt aliquæ circunstantiæ, vel præsumptiones, ex quibus deprehendi possit actum fuisse liberæ voluntatis, & nō per metū. vt Ant. de But. in d. c. super hoc. dè renunt. n. 22. Cepol. in cons. 2. col. 3. & quos refert, & sequit Port. vbi sup. in 2. limitatione. tenet Ang. in d. l. nō est verisimile. in prin. ff. isto ti. n. 2. cū seqq. & Dec. in c. fi. de app. n. 26. & 27. idem in d. l. in omnibus causis, ff. de reg. iur. nu. 8. & 9. & Padill. in d. n. 34. & Masc. vbi supra n. 8. & 9. Quæ circunstantiæ, & præsumptiones summi possunt ex omnibus causis exclusiuis metus, quarum aliquas supra retulimus in c. 8. §. 3. per totum. & ex his quæ diximus in §. supra proximo. nu. 5. & quandò testes deponunt simpliciter dè metu, & actus metum in ductiuos non deducunt. vt Mascar. ubi sup. n. 4.

RE-

RECAPITVLATIONES. §.6.

Spontanea voluntas difficilliter probari potest. 1.
Intentio soli Deo cognita est.
Lætitia contrahentis non probat spontaneam voluntatem. 2.
Verba sponte, & non metu: non probant spontaneam voluntatem. 3
Impossibile est probare spontaneam voluntatem. 4.
Spontanea voluntas probatur per actus exclusiuos metus. 5.
Probatio spontaneæ voluntatis debet esse legitima. 6.
Quando requiritur probatio legitima, debet fieri fides indubitata.
Spontanea voluntas probatur confessione partis. 7.

§.6. QVOMODO PROBETVR SPONTANEA voluntas?

1 AD sextam conclusionem accedendo, dico: q difficilis est isthæc probatio, cùm testes reddant testimonium dè intentione, quæ soli Deo cognita est, ut testaт Innoc. in d.c. super hoc. de renunc. n.2. & est communis teste Bal. in quæst. de schismate in prin. n.29. Bouerius in sing. verb. testis n.16. & alij dd. quos refert, & sequitur Caballi. in suis milleloq. in d. milleloq. 787. Ias. in d.l. sed & si. §. quæsitum, ff. si quis cautio. n.11. Euerar. in cons. 19. n.14. Menoc. in tract. de arbi. iud. li. 2. cent. 2. casu 116. n.18.

2 Ideò non probatur spontanea voluntas, probata lętitia contrahentis: quia quandoq; simulatur. vt Alex. in cons. 98. vol. 3. n.7. cum seqq. idem in cons. 99. d. vol. 3. n.6. Hippol. de Mars. in sing. 325. n.5. cum seq. vsq; ad fi. quos refert, & sequitur Andr. Geil in obseru. lib. 2. obseru. 93. n. fi. tenet etiam Anch. in d. cõs. 299. nu. j. Alex. de Neuo in cons. 3. nu. 6. & Euerar. in consil. 19. d. num. 14.

3 Neq; etiam probatur illis uerbis: spontè, & nõ metu. vt Bal.

d.n.

d.n.29. Aret.in cōs.14.n.16. Th. Gram.in dec. 103.n.6. Soc.iun. in cons.77.vol.j.n.48.cum sequent. idem in cons.62.vol.2.nu.4 Euerar.in d.cons.19. n.16. Bossius in tract.de plurib.violent. nu. 98. Padilla in l. interpositas, C. de transactio. n.34. in fi. & Marant.in disput.6. n.35. Quod amplia, etiam si talia verba esset iurata, ut Are.& Boss.ubi sup.

4 In tantum, ꝙ audet Firmare Ias.in §.quadrupli inst.de actio. n.72. ꝙ est impossibile probare spontaneam voluntatem contra probationem metus.& glo.in consti.Reg.Siciliæ.de off.iustitia ratus gl.verb.insultus. Quibus astipulatur Euerar.in d.cons.19. n.14. & Marant.ubi sup.proxime.

5 Sed tamen resolutio sit, ꝙ potest probari spontanea uoluntas per indirectum, probando præsumptiones contrarias metui, seu alia media, quæ tendunt ad voluntatem sine metu Ang.in l. non est verisimilè.in prin.ff.isto ti.n.3. Dec.in l.in omnibus causis, ff.de reg.iur. n.8. ad fi. cum sequent. ubi exemplificat. idem in c.fi.de appellatio.n.26. Innoc.in d.c. super hoc de renunt.n. 2.& ibi Abb.n.29.30.35. vbi etiā exempla ponit. & d. gl. verb. insultus & per alios casus quos supra retulimus in c.8. §. 3. per totum.& in isto capite.§.3. n.25. vbi vide.

6 Est tamen aduertendum, quòd ad probandam spontaneam voluntatem requiritur legitima, probatio tex.in c. j. isto ti. ibi: legitimè probatum fuerit. Ex quo sequitur, ꝙ debet fieri fides indubitata de spontanea voluntate: quia ubi requiritur legitima probatio, oportet, ꝙ fiat fides indubitata. tex. in c. super eo. de parochijs. per quem Fely.in Rubri.de proba.n.4.& 5. tenet, quod plus est legitimè probare, q̄ fidem indubitatam facere. quem sequitur Ripa in respons. 105. n.4.

7 Item probatur spontanea voluntas per confessionem partis. tex.in c.2.de ordi.cognitio.per quem textum ita tenet Ang.in d.l.si quis ad se fundum, C. ad leg.Iul. de ui pub. n. 8.

RE-

Digitized by Google

RECAPITVLATIONES. CAP. II.

IN causis metus solet agitari de fructibus, & damnis, & interesse. 1.

Quandò agitur contra eum, qui metum intulit, quæ veniant. n. 2. & nu. 3.

Perempta re, perit periculo metum inferentis. 4.

Quandò agitur contra participem, est idem, quod quandò agitur contra eum, qui metum intulit. 5.

Quando agitur contra tertium ignorantem, veniunt fructus a tempore moræ. 6.

Metu probato, cætera probantur per iuramentum metum passi. nu. 7. fallit nu. 8.

Accusatus de metu si probat veram æstimationem, non stabitur iuramento metum passi. n. 8. fallit. n. 9

Quandò lex, vel statutum disponit, quòd stetur iuramento metum passi, tamquam plenæ probationi, vel quod non admittatur probatio in contrarium, tunc metum inferens non probabit æstimationẽ. n. 9. fallit. n. 10.

Probatio per facti euidentiam poterit fieri contra statutum, vel legem prohibentem probationem contra iuramẽtum metũ passi. 10

CAPVT VNDECIMVM DE FRVCTIBVS, & damnis, & interesse.

1 EXpeditus a materia probatoria metus, quia frequenter in hoc Iudicio solet agitari de fructibus, & damnis, & interesse: ideò de hoc differere oportet. Pro cuius explanatione facio triplicem conclusionem. Prima quando agitur cõtra eum qui metum intulit. Secunda quandò agitur contra tertium participem. Tertia quandò agitur contra tertium ignorantem.

Pri-

Digitized by Google

2 Primo casu veniunt fructus percepti, & qui percipi potuissent, & omnia damna. tex. in c. 2. isto tit. ibi. cùm integritate. & ibi ex eo notat Ant. de But. n. 5. & Abb. n. 3. quem vide. tex. in l. si quandò. C. vndè vi. & de materia fructuum, & qui sint, remit to me ad Speculatorem lib. 2. p. 3. tit. de fruct. & interesse. & ad Rebuff. in commentar. tertio tom. tract. de fructibus, & illorum restitutionibus.

3 Item uenit interesse tàm intrinsecum, q̃ extrinsecũ extra rẽ ut gl. vnica in d. c. 2. isto tit. & tradit optimè Io. Plot. in suo mirabili tractatu, quem fecit super d. l. si quandò, C. vnde vi. §. 10. à nu. 27. vsq; ad 30. qui tractatus vocatur de in litem iurando. (& q d sit interesse, & de eius materia vide Speculatorem vbi supra. §.
4 2. vsq; ad finem illius tituli.) Et sic re perempta, perit periculo metum inferentis, l. j. C. isto tit. & ibi Bartolus, & Doctores.

Secundo casu quandò agitur contra participem, idem est di
5 cendum, quod in ipso principali, ut d. gl. vnica, & ibi notat Ant. de But. n. 4. & sentit Sarmiento in lib. 1. select. in c. 11. nu. 8. ubi iungit participem, cum eo qui metum intulit. & l. 30. tit. 2. p. 3.
6 Tertio casu quandò agitur contra tertium ignorantem, quia contra eum potesta gi, cum sit vitium reale, & sequatur rem tex. in l. videamus, ff. isto tit. & dixi supra. in præambulis. n. 24. tunc tenetur, postquam est constitutus in mora. Et quandò quis dicatur constitutus in mora quo ad fructuum restitutionem. vide Rebuff. vbi supra. & l. 6. tit. 14. par. 6. & ibi Gregorium Lup. glos. 4.

7 Vltimò est sciendum, quòd probato metu probabuntur prędicta omnia iuramento metum passi, tex. in c. si isto tit. & in d. l. si quandò, C. vndè ui. & Io. Plot. in d. suo tractatu dè in litem iurando. §. 3. n. 17. & Hippol. dè Marsi. in Rub. C. de probatio. nu. 134. & l. 5. tit. 11. p. 3. de quo optimam decisionem fecit Ludou. a Peguera in suis decisio. criminalibus. dec. 23. per totã. ad quæ me remitto, quia sunt loca ordinaria.

8 Fallit istud, quandò accusatus de metu probat veram æstima tionem: quia tunc non stabitur iuramento metum passi, vt mul-

ti.dd. quos refert,& sequitur Hippol.de Marsi. vbi supra.n.137

9 Quæ fallentia temperanda est,in casu quo lex, vel statutum dicat: quòd iuramentum habeatur pro plena probatione, vel q non possit probari contrariū,vt dd.quos refert,& sequitur Hippolit. ubi supra n. 139.

10 Ista tamen limitatio limitatur: q possit fieri probatio in contrarium per facti euidentiam, non obstante tali lege, vel statuto,vt Hippol. ubi supra n.140. Quod ego intelligo, nisi illud esset inductum à lege,vel statuto in pœnam inferenti metū: quia tunc non placet mihi isthæc limitatio: ne remaneat impunitus.

RECAPITVLATIONES. CAP. 12.

Metus illatus an possit purgari? 1.
Metus non purgatur durante causa metus. 2.
Etiam si minator sit absens.n.2.& n.9.
Etiam si metum passus exerceat aliquem actum,per quem uideatur ratificasse metu gestum. & n.10
Etiam si interueniat iuramentum. n.11
Metus illatus à patre durat, durante patria potestate.n.3
Metus illatus à Tyranno durat, durante Tyrannide. 4.
Metus illatus à marito durat, durante eius vita 5.
Metus illatus à Domino ciuitatis durat, durante eius dominio. 6.
Metus illatus à Iudice durat, durante Iurisditione. 7.
Metus carceris semper instat. 8
Impedito impedimento facti currit præscriptio, sed restituitur. 12
Fallit in impedito per metum. 13.
Metus purgatur tribus modis. 14.
Verbis. 15. *Factis.* 16. *Præscriptione.* 17.
Metus intra quod tempus præscribatur in Prophanis. 18.
De iure Pretorio anno utili 19. *De iure Ciuili triginta annis.* 20.
Officio Iudicis triginta annis. 21.
Contra hæredem perpetuò durat. 22.
Per viam exceptionis durat eodem tempore, quo per viam actioni.n. 23

23. & num.24.
Qui per metum non appellat, an teneatur protestari? n.25. & n.26 & nu.27.
Metus in Spiritualibus, quo tempore praescribatur? n.28. & nu.29. & 30. & 31.
Quotiens potest subesse alia causa, quam approbatio, nunquam praesumitur approbatio. 32
Regulariter quotiens potest cadere alia praesumptio, q̃ renuntiationis, nunquam praesumitur renuntiatio. 33.
Actus, seu voluntas tacita non ita latè interpretatur, sicut expressa. 34.

CAPVT DVODECIMVM AN METVS possit purgari? principium.

1 VLtimo pro complemento nostræ materiæ inuestigandum est, an metus illatus possit purgari, ità quòd, ea, q̃ metu gesta sunt, validentur, ac si sine metu facta fuissent? Ad quod est respondendum cum distinctione sequenti: aut subest eadem causa metus, aut non subest.

Primo casu quandò subest eadem causa metus, nullo modo
2 potest purgari, neq; induci ratificatio: quia metus durat, durante tali causa, & in hoc concordant ius Ciuile, & Canonicum. De iure Ciuili in l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.ex quib.caus. in poss.eatur. De iure Canonico in c.1.isto tit.iuncta glo.verb. post modum.& ibi Hosti.in fi. & Innoc.nu.j. & Card. n.3. opp. 11.& Abb.n.2.& 12.& Imola n. 17. altera gl.in c.si quis ante.de reg.& transeunt.verb. permaneant. Calder. in cons. 1. istius tit. n.fi.Bar.in l.ob turpem, ff.dè condict.ob turp.à n.4. vsq; ad fin. Bal.in Rub.istius tit.n.4.& 5.& 18.Ang.in l.1. §. quæ onerandæ, ff.quarum rer. actio non det.n.fi.idem in l.ad inuidiam. C. isto ti.n.2.Guiliel.Mainer.in l.nihil consensui.ff.de reg.iur. nu. 10.& ibi Pirrus.vers.secundò metus.Alex.in cons.98.vol.3 .n.7 Ias.in l.qui in aliena.§.fi.ff.de acq.hær.n.41.idem in §. quadru-

Digitized by Google

pli.insti.de actio.n.66.Dec.in l.in omnibus causis,ff.de reg.iur. n.14.15.idem in cons.218.n.4. ad fi. vers.venio ad secundū dubium.& n.5.Hippol.de Mars.in l.pen.ff.de qō.n.11.cum sequēt. idem in cons.52.vol.1.n.42.idem in sing.325.Socinum. in cons. 77.n.62.cum mult.sequent.vol.j.Purpur.in cons.579.n.14.& 15 vol.2.Aret.in cons.14.n.18.Bernard.Diaz de Lugo in reg.653. fall.2. Sylua nuptial.lib.2.n.119. Andr.Geil in pract.obser.lib. 2.obseru.93.n.28. Senatus Pedem.in dec.179.n.12. Rebuff.in praxi benefi.tit.de resignatio. metu extorta.n.7.idem in comēt. 2.to.in tract.de rescis.contract.gl.22.n.j.cum duobus sequent. dicit communem Rol.Valle in cons.83.vol.2.nu.39.cum seq.& Bos.in suis tract.tit.de plurib.violent. nu. 103. & Padill.in d.l. interpositas,C.de transactio.n.22.Ioseph.Masc.in tract.de pro batio.2.p.concl.1055.n.34.iuncto.n.36. Et vide supra c.8.§.3. n.5. cum seq.

3 Et in specie, quòd metus illatus à patre durat, durante patria potestate, tenet Alexan. quem sequitur Petrus ubi supra.& alij Doctores quos refert,& sequitur Senat. Pedem. ubi supra. 1

4 Et quòd metus illatus à Tyranno durat, durante eius vita,& Tyrannide Bar.in l.2.C.isto ti. n.7.& quem refert,& sequitur Hippol.de Mars.in sing.325.n.1.& 2.Alex.de Neuo.in cons.3. n.8.idem Bar.in d.l.ob turpem,ff.de condict.ob turp.n.5.& ibi Ias.n.4.Bal.in d.l.2.C.isto tit.n.10. & ibi Paul.de Castren. nu.5. 2

5 Et quòd metus illatus à marito durat in vxore, durante vita mariti tenet,d.gl.d.c.j.isto tit.d.verb.post modum.& Bar.in d. l.ob turpem,n.7.& alij, qui cum ibi sequuntur, quos refert,& sequitur Ias.ibidem n.3.vers.quartò limita. Bal.in Rub.istius tit. n.18.Ang.in d.§.quę onerandę,d.n.fi. Alex.de Neuo in d.cons. 3.n.12. Hipp.in d.sing.325.n.2.Rebuff.in d.gl.22.n.3. Gamma in dec. Lusitan.j.p.dec.346.n.4.

6 Metus illatus à Domino ciuitatis durat, durante Domino ciuitatis, ut Gasp.Cald.in cons.j.istius tit.per totum.

7 Et metus illatus à Iudice durat, donec Iurisdictioni praeest. Cy. in l.2.isto tit.C.n.2.in fi. & ibi Faber in suo breuiario.n.1.Hippol.

pol. in d. conf. 5. vol. 1. n. 42. & alij. quos refert, & sequitur Ias. in d. l. ob turpem. n. 4. Bal. in Rub. istius tit. n. 4. Ang. in d. §. quæ onerandæ, d. n. 11.

8 Et metus carceris durat, durante carcere, quia semper instat vt dd. quos refert, & sequitur Rebuff. d. gl. 22. n. 3

9 Ampliatur primo nostra conclusio, in tantum, quòd durat metus durante causa, etiam si minator sit absens, ut Alex. in l. si cū dotem, §. eo autem tempore, ff. sol. mat. nu. 11. vers. adde etiam. idem in cons. j. n. 11. vol. 3. ubi allegat alios. dd. & Pirrus vbi supra: & Ang. in d. §. quæ onerandæ, nu. fi. & Ias. in d. l. ob turpem, d. num. 4. Hippolyt. in d. singul. 325. nu. 4. Ancharan. in consil. 299. nu. 2.

10 Ampliatur secundò, etiam si metum passus exerceat aliquem actum per quem videatur ratificasse metu gestum. Quia talis actus intelligitur, etiam metu gestus, & non animo ratificandi tex. in d. c. j. isto tit. juncta gl. verb. post modum. & ibi Anania, n. fi. melior tex. in c. consultationibus. de sponsal. vbi patet, q̄ licet mulier venit ad sacerdotem, & passa est benedici, nihilominus fuit audita contra metum, neq; nocuit illi actus ille. textus melior omnibus in c. 2. de rest. spol. vbi, renuntiatio facta post spolium nihil operatur. quia præsumitur metu facta, ita q̄ allegans prædictam renuntiationem non fuit admissus ad eam probandam. tenet nostram conclusionem Cyn. in l. 2. C. isto tit. n. 2. in fi. & ibi Faber in suo breuiario. n. j. & ibi Bar. in prima lectura n. 5. cum duob. sequent. & in secunda lectura. n. 13. & ibi Bar. n. 10. & 12. quem sequitur Alex. in d. cons. 98. vol. 3. n. 7. Bartolus etiam in d. l. ob turpem, ff. de cōdict. ob turp. n. 5. idem in l. qui in carcere, ff. isto tit. n. j. Bal. in l. qui in aliena. §. Celsus, ff. de acquir. hær. n. 4. & ibi Ang. n. 2. Alex. in cons. j. n. 11. vol. j. & in d. §. eo autem tempore, d. legis si cum dotem, ff. sol. mat. nu. 11. ad fi. Dec. in d. l. in omnibus causis, ff. de regul. iur. n. 14. idem in cons. 218. & n. 4. & 5. & in cons. 468. nu. 22. cum seq. Mainerius in d. l. nihil consensui, ff. de regul. iur. n. 10. Anch. in d. cons. 299. n. j. & 2. Cardin. in cons. 24. n. 18. Purpur. in cons. 593. nu. 14. & 15. uol. 2.

Hip-

Hippol. in d. sing. 325. n. 4. & 5. Sylua nupt. in d. lib. 2. d. nu. 119. Senat. Pedem. in dec. 179. d. nu. 12. & alij. dd. quos refert, & sequitur Euerar. in cons. 19. n. 21. Couar. in 4. decre. 2. p. c. 3. §. 6. n. j. Rol. Valle in cons. 2. uol. j. n. 86. Iosephus Luduu. in dec. Rotæ Lucens. j. p. dec. 18. n. 2. Rebuffus in d. gl. 22. nu. 3. dicit communem Ripa in c. cum M. Ferrariensis. de constit. n. 104. & Padilla in d. l. interpositas, C. de transactio. nu. 24. & Iosephus Masc. in tract. de probatio. 2. p. d. concl. 1055. n. 36. Quæ opinio. Comprobari potest, ex his quæ adducit Euerard. in topicis legalib. c. de tempore ad tempus, n. 4. & in c. a vi energia iuramenti. n. 75.

Ampliatur tertio etiam si interueniat iuramentum in nouo
11 actu: quia nihilominus non censetur purgatus metus, ut dd. quos refert, & sequitur Mascar. ubi supra, n. 40. qui dicunt eam communem.

12 Non obstat nostræ conclusioni principali regula illa generalis, ꝙ impedito impedimento facti currit præscriptio, sed ꝙ propter iustam causam restituitur in integrum, quam tradidit Bar. in l. Senatus, ff. de offi. Præsidis, n. 2. quem refert, & sequitur Abb. in c. ex transmiass. de præscriptio. n. 13. & ibi Fely. nu. 8. & alij. dd. quos refert, & sequitur Pinel. in auth. nisi tricen. C. de bonis Mater. n. 42. Licet istud impedimentum sit facti: quia
13 multi casus excipiuntur a Iure (vt est casus d. c. ex transmissa) inter quos excipitur causa metus. & sic impedito impedimento metus non currit præscriptio: quia perfecisse videtur, qui propter metum non facit. tex. express. in l. in omnibus causis ff. de reg. iur. Cuius verba sunt: in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quo minus fiat. et ibi glo. vnica. quem tex. ad hoc citat Boerius in dec. 40. n. 9. vbi refert multos. dd.

14 In secundo casu nostræ distinctionis (hoc est quandò non durat eadem causa metus;) tunc purgatur metus triplici modo. Scilicet: verbis. factis. præscriptione.

15 Verbis purgatur metus ratificando ea, quæ per metum gesta sunt l. 4. C. isto ti. tex. etiā expressus in c. j. isto tit. et in c. de illis.

el

el 2. de desponsatio. impub. & Soc. iun. in cons. 77. vol. j. nu. 10. Fallit quando breui tempore post metum, fuit facta ratificatio, ut Calder. in cons. 2. isto tit. n. j. Bal. in l. 2. C. isto ti. n. 10. Anch. in cons. 299. n. j. Alex. in cons. 98. vol. 3. n. 7. quos refert, & sequitur Euerar. in cons. 19. n. 24. & 25.

16 Factis purgatur metus soluendo sponte, quod per metũ promissum fuit d. l. 2. C. isto ti. & Socy. in cons. 4. vol. 3. n. 22. Rebuf. in d. tract. de rescis. contract. gl. 12. n. 5. Et cohabitando sponte cùm quo matrimonium coactè fuit contractum. text. in c. ad id. de sponsalib. & matr. Vel si carnalis copula subsequatur. tex. in c. significauit. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adult. & in c. super. qui mat. accusa. poss. Vel geminatione: geminando factũ seu contractum, ut Craueta in cons. 114. vol. 1. n. 8. Fallit ut in casu. supra proximo.

17 Prescriptione purgatur metus, finendo labi tempus intra q̃d agere, seu excipere potest, tex. in l. 3. C. isto ti. vbi Bar. benè. Et pro huius membri explicatione est inuestigandum intra, quod tempus prescribantur facta metu. & pro omnimoda explicatione distinguo inter prophana, & spiritualia.

19 In Prophanis, sit prima conclusio: q metus de iure Prætorio præscribitur anno vtili tex. in l. in honorarijs, ff. de actio. & obli

20 gat. Sit secunda conclusio, q de Iure Ciuili metus durat triginta annis, sicut aliæ actiones personales. hoc (scilicet) quando ponitur contra eum, qui metum intulit, uel participem. at contra tertium solum durat decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, tex. in l. si vi, vel metu, C. isto tit. iunctis gl. uerb. longæ. & uerb. monitus. & dd. quos refert, & sequitur Tiraq. de vtroq; retract. j. p. §. j. gl. 10. n. 14. & sequitur Sarmiẽto lib. 2. selectar. c. 11. n. 8. vnde cauendum est à Ruino in cons. 105. vol. n. 6. qui dicit communiter teneri per dd. in d. l. si vi, vel metu, q tam personalis, q̃ realis tollitur spatio decem annorum. Sit ter-

21 tia conclusio, q si intentatur Officium Iudicis durat etiã triginta annis: quia Officium Iudicis durat triginta annis. glo. notabilis in l. sicut. in princ. C. de prescrip. 30. uel 40. anno. verb. per-

se-

sequutione. de quo videatur Bal. in tract. de præscript. 4. p. quar
22 tæ partis principalis, q. 30. per tot. Sit quarta conclusio: ꝙ con
tra hæredem ad quem res, seu pretium peruenit durat perpetuo
tex. in l. quod diximus, §. fi. Iuncta. l. quod autem ff. isto tit. Sit
23 quinta conclusio: ꝙ per viam exceptionis (nam metum passo
non solum datur actio, sed exceptio. l. metum la 3. §. sed quod
Prætor. ff. isto tit.) durabit eisdem annis, quibus per viam actio
nis, & non amplius. Quia regula. l. purè, §. fi. ff. de doli exceptio.
24 (quæ dicit: ꝙ quæ sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua
ad excipiendum. de qua Bal. ubi sup. q. 37. per tot.) non militat
in metu: quia metus potest proponi agendo. & illa lex loquitur
(ut in ea patet) quandò quis non potest ius suũ proponere agẽ-
do, sed tantum excipiendo. sed quandò potest ius suum propo-
nere agendo, tunc tenetur excipere intra illud tempus, quod est
ei limitatum à Iure ad agendum. & ita probatur expresse in l.
Papinianus, §. si filius, §. de inoffi. testa. & ibi Paul. Castren. &
alij dd. idem Paul. & alij quos refert, & sequitur Ant. Gomez in
li. 2. var. c. 14. de restit. minor. n. 8.

Sit sexta conclusio: ꝙ qui propter metum non appellat, tene-
25 tur id protestari intra tempus datum ad appellandum tex. ex-
pres. in c. fi. de appellat. tex. in l. fi. C. de his qui prop. met. iud.
non appella.

26 Fallit ista conclusio, quando non audet protestari, ne talis
protestatio clandestina reueletur, ut gl. in c. 4. isto ti. uerb. propo
suit. quam ibi sequitur Abb. n. 6. & Bal. in d. c. fi. n. 5. quem ibi se
quitur Phil. Franc. n. fi. & Præpos. n. 19. tenet Ias. in l. qui in alie
na. §. Celsus n. 46. ff. de acq. hær.

27 Est tamen aduertendum ad istam sextam conclusionem, ꝙ
multi. dd. quos refert, & sequitur Dec. in d. c. fi. n. 21. tenent non
esse necessariam protestationem, sed ꝙ sufficiat subesse Iustũ me-
tum, quare non appellauerit. idem Dec. in l. in omnibus causis,
ff. de reg. iur. n. 12. & facit, quod diximus sup. n. 12.

28 In Spiritualibus autem est sciendum: ꝙ in casibus, in quibus
tempus non est expresse diffinitum, relinquitur arbitrio Iudi-
cis.

cis.vt dicit Hostien.in c.j.isto tit.ad fi.& ibi Inno.n.2.& Cardi. n.3.q.2.& dicit communem ibi Abb.n.13.quem sequitur Menoc.in tract.de arbit.iud.lib.2.cent.3.casu 231.n.15.& Bossi.in d.tract.de pluribus violent.n.103.

Et casus,in quibus tempus est expresse decisum,sunt sequen
29 tes. Primus in professione: in qua est determinatum,quòd professus ante quatuor decimum annum per vim, uel metum auditur vsq; ad quatuor decimum annum.& Professus post quatuor decimum annum auditur intra annum à die professionis tex. in c.si quis antè.de regularib.& transeunt. & ibi glo. uerb.permaneant. Quod hodie est nouiter in vtroq; casu ampliatum vsq; ad quinquennium à die emissæ professionis in c.19.sess.25.Con
30 cilij Trid. Secundus casus est in matrimonio carnali in quo per annum,& dimidium cohabitationis præscribitur. per text.in c.
31 ad id. de sponsalib. & matrimo. Tertius casus est in uoto castitatis solemniter emisso,quod biennio præscribitur tex.in c.fi. q cler.vel vouent.matrim. cont. poss.

32 Est tamen aduertendum ad nostram materiam præscriptionis.quod quotiens potest subesse alia causa, quàm approbatio, nunquam præsumitur approbatio contractus metu facti.tex.in l.4. C. isto ti.& ibi Bar.n.2.idem Bar.in l.2.C.isto tit.n.10.& Paul.n.7.Sylua nup.d.li.2.d.n.119.Bossius in d.tract.de plurib.uiolent. n.96. & 100.Padilla in d.l. interpositas,C.de transact. n.25. Azebed. in l.j.ti.21.lib.4.Recopil. nu.195. Quod procedit etiam si non non duret eadem causa metus.quia fundatur in regula iuris, quod nemo præsumitur velle Iactare suum,vbi alia coniectura habe-
33 ri potest.tex.in l.si cum aurum,ff.de solut.& l.cum de indebito. in prin.ff.de probatio.ita dicit Aret.in cons.14.n.18. Et regulariter ubicũq; potest cadere alia præsumptio, quàm renuntiationis:nunquam capitur præsumptio renũtiationis,vt videmus,quod notatur in c.constitutus. de rescript. ubi in receptione facta in Canonicum vltrà numerum de mandato Papę, videtur potius facta animo obediendi Papæ,quàm animo renuntiandi priuilegio, uel statuto loquentibus de numero Canonicorum. & glo. in l.

Z cum

Digitized by Google

cum quid.ff.si cert.pet.verb.pro cauto.& est bonus tex.in d.l cũ dè indebito.ff.de probat.& c. super hoc. de renuntiatio. Actus
34 enim taciti,& voluntas tacita non sunt sic latè interpretandi, sicut expressi:sed eatenùs,quatenus, se extendunt actus, ex quibus tacita voluntas resultat,ut Paul.Cast.in cons.27.n. .per totum,& est gl.Magistra in cle.sæpè. in fi. de verb. signfi. verb. partibus:ita dicit Euerar.in cons.21.n.24.& 25.idem in topicis legalibus c.ab expresso ad tacitum. n.19.

RECAPITVLATIONES. §.1.

Ratificatio facti meticulosi à tempore validet factum? nu.1.& num.2.

Lex fingere potest,& facere vt ratificatio retrotrahatur. 3.

Homo fingere non potest, & ideò eius ratificatio non retrotrahitur. 4.

§. PRIMVS, ET VNICVS. A QVO TEMPOre ratificatio, seu purgatio metus validet actum?

1 Est tamen pro omnimodo complemento nostræ materiæ investigandum,an ratificatio, seu purgatio metus ualidet actum,vt ex tunc,aut ex nunc? In quo est distinguẽdum:quòd aut contractus propter metum fuit ipso iure nullus, aut non. Primo casu ratificatio validat prout ex nunc:quia ex nunc recipit robur. Secundò casu ratificatio ualidat prout ex tũnc:quia a principio valuit,licet potuerit rescindi, & sic non recipit ex nũc.ita dicit Bar.in l.obseruare.ff.de off.Proconf.n.4 Dec.in l.sẽper q̃ non prohibet.n.16.ff.de reg.iur.idẽ in cõs.367. n.4.& in cõs.645.in fi. Abb.in c.cõsultationi.de spõs.n.fi. Men. in tract.de recup.poss.remed.14.n.154.Oct. Simonc.in tract.de decret.li.3.ti.9.casu 2.n.18.& Pet.Peralta in prælectio. l. hæredẽ.ff.de legat.2.n.81. Dicit communem Iosep. Luduu. in dec.

Ro-

Digitized by Google

Rotæ Lucens.j.p.dec.18.n.13.cum tribus sequentibus.

2 Fallit prima cōclusio(de casibus ipso iure nullis)qñ fit ratificatio tacitè ex legis dispositione pp lapsū tēporis:quia tunc ab initio(ideſt ex tunc)confirmat̄ arg.tex.in l.fi. C.si minor maior factus.ibi:quasi ab initio. vbi factū minoris eſt ipso iure nullū: & tñ si post maiorē ætatē tacuerit per quadrienniū à die sciētię, conualidat̄ cursu istius quadriennij quasi ab initio: & sic prout ex tunc,non prout ex nunc.

3 Ratio eſt,quia cum lex fingere poſſit, pōt ēt operari: vt ratihabitio præteritum respiciat, & retrotrahat̄. vt voluit Areti. in conſ.128.n.5.quē vltra prædictos refert, & sequitur Caualc. in

4 tract.de tutor.& curat.n.148. Secus eſt in ratihabitione hominis:quia homo fingere non pōt,ꝙ actus,qui à principio fuit nullus,validet̄ tamq̄ a principio mediante eius ratificatione.secundum prædictos.dd.maximè Menoc.& Ioseph.Luduu.vbi supra n.16. cum seqq. & Alex.in conſ.149.vol.2.n.4.

RECAPITVLATIONES. cap.13.seu finalis.

Actio quod metus cauſa tranſmittitur contra quemcumq; poſſeſſorem. 1.

Fallit dicta concluſio.n.2.& n.10.

Fallentia præcedens limitatur duplici modo.n.3.& n.4.

Actio iſta tranſmittitur contra hæredem,ad quem res peruenit. 5

Ampliatur præcedens concluſio. 6.

Actio iſta tranſmittitur contra hæredem hæredis,etiā ſi per conſumptionem primi hæredis ad eum res non peruenerit. 7

Actio iſta datur contra participem. 8.

Et contra eum qui dolo deſijt poſſidere. 9.

CAP.13. SEV FINALE DE TRANSMISSIONE actionis metus.

ET vt nihil desideretur libet aliqua de trāſmiſſione huius actionis referre:quia supra in præambulis.n.24.diximus hanc actionem transmitti contra quēcumq; poſſeſſorem,

vbi adduxi allegationes quas hic non repeto.

2 Fallit prædicta conclusio.quandò res interijt: quia tunc nõ datur contra tertium. tex. expreff.in l.fi ipfa res.ff.isto tit.

3 Fallentia ista limitatẽ primò,qñ tertius ad quẽ res deuenit, eã vendidit,vel aliã rem pro ea fufcepit: quia tũc cõferuatur actio, ẽt fi pretium,vel altera illa res pereat,vel fit deperdita. tex. expref.in d.l.fi ipfa res.& Soc.iun.in l.ftipulationes non diuiduntur,ff.de verb.oblig.n.230.

4 Limitatur fecundò dicta fallentia,qñ iste tertius fuit in morę reftituendi.& qñ constituatur quis in mora,ad hoc teneatur. vid.l.6.tit.14.p.6.& ibi Greg.Lop.in gl.4.verq.*buena fee.* & latè,& benè Rebuff.in comment.3.to.tit.de fructib.& illor. reftit. per totum,maximè.n.14. vbi me remitto.

5 Item datur actio ista contra hæredem, ad quem res deuenit. tex.in l.quod diximus,§.fi.& l.quod autem. & l.quantum autẽ, ff.isto.tit. In tantum,quòd datur perpetuo contra talem hæredem.d.l.quod autem.& diximus fupra in c.12. in prin. n.22.

6 Etiam fi res consumpta fit apud eum tex. expreff. in l. videamus. ff.isto titulo.

7 Item datur contra hæredem hæredis, etiam fi per confumptionem primi hæredis ad quem res deuenit,ad istum non deuenerit tex. expref.& celebrie in d.l.videamus. de quo feftum facit Bar.in d.§.fi.legis quod diximus.ante n.1.ff.isto tit.& in fingulari.114.& Matient.in l.7.tit.11.lib.5.Recopil. gl.8.n.3.

8 Item datur contra participem,l.30.tit.2.p.3.& diximus fup. in c.11.nu.5.

9 Item datur cõtra tertium,qui rem dolo defijt poffidere. nam tenetur ac fi verè poffideret.tex.in d.l.videamus,ff.isto tit.& ibi dd.& Soc.iun.in d. l. ftipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. nu.230.

10 Fallit 2.quandò tertius ille longæ poffeffionis præfcriptione munitus eft tex.in d. l. fi vi, vel metu. C. de his quæ vi. & ibi glo. & dd.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX OMNIVM

quæ in hoc opere continentur.

A

Cap.

Digitized by Google

De-

Digitized by Google

Hy-

Li

Me-

Digitized by Google

Me-

N

Nuntij

Per-

Qui

Digitized by Google

Ta-

Digitized by Google

Finis huius repertorij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGATORIA PANDIMIGLIO - ROMA
1971

Digitized by Google

BIBLIOTECA